

Hypecoo:



niculo & similia fert folia, hæc rutæ. Cuminum sativum in umbella floret, hæc nec umbellam, nec umbellæ quid simile producit; sed hoc non impediret, quo minus pro cumino haberi posset. Aliam Adversariorum auctores plantam cumini sylvestris alterius nomine describunt, his verbis. Alteri vero silvestri duæ sunt plantæ, quæ effigie sio satis & peraque congruere videantur: ea namque, quæ minus cognita, exigua & pulchra, non procul Aquis sextiis oriunda, compluria gerit cornicula, filiquosa, adunca, scorpioides dictæ modo, sed crassiora, semine inrus præsepiolis distincto, colore flavo, oblongo: caulinis graciles, teneriusculi, & folia parva, carui, aut scandicis, pedinis Venerei fumariæque incisuris, profundis: exigua radix, lutei floris Majo mense, chelidonii major, aut eruce, sed minore. Et eidem iisdemque natalibus filiquosa per quam similis sociatur altera hæc, nec nisi folio renuore; angustiore, scissis Massiliensis divisura, & ad imum radicis albidæ cerefoliis plurimum nascente distat, caulinis fermè glabris, filiquaque majore, semine inibi contento galega, subfulvo. De posteriore hac ipsius Lobelii, qui adversariorum cum Pena auctor est, judicium audiamus. Sic in observationibus, de hypocoō jam descripto agens, scribit. Eadem est hæc effigies cum corniculata plantula descripta pag. CCCXXXI. adversariorum; arido solo Gallo provincia eruta & à pictore depravata: cuius semen olim Massilia in Belgium transmis̄, ubi feliciter enatam, sculpit, curavit Clusius noſter. De ista ergo planta plura dicenda non habemus. Alteram plantulam, quam cumini nomine delineant Adversariorum auctores nunquam vidimus. Ex descriptione colligimus, semen melanthio, cui Dioscorides cumini comparat, non satis simile esse. Melanthio semen rotundum, nonnihil angulosum, oblongum huic. Ex utriusque iconे judicabit Lector, an folia hujus cumini sativo satis respondeant. Alii consolidam regalem, de qua multa cap. de hyacintho diximus, pro cumino sylvestri altero agnoscent. Horum sententia probabilis admodum, plures imò omnes habet notas quas exigit Dioscorides. Est tenuibus foliis, sativo cumino satis similibus, & à singulis floribus cornicula in sublime erigit: semina deinde melanthii profert. Et hæc de cumino.

Difserit ocymum ab ocimo. Ocymum pabuli genus est. Plinius lib. XVII. cap. XXIV. Ocymum, quod in vinea

seri jubent, antiqui appellabant pabulum, umbræ patiens, quod celeriter proveniat. Ocum autem planta odora ta. Ocum pabulum veteres per & scribunt ἄνημα, herbam vero per ἄνημα; Sed hoc apud veteres ipsos non adeò strictè observatum fuit. Varro lib. I. de re rustica cap. XXXI. ubi ocymi utriusque refert etymon, Ocum, inquit, dictum à Græco verbo ὄκιμος, quod valet cito. Similiter quoque ocymum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, & ideo sis datur, ut purgantur, id genus pabuli sunt segetes virides sectæ ante, quam gerant filiquas. Ita locus hic in Commeliniana editione extat. Alter in Iansonii editione, cui additæ sunt notæ Scaligeri junioris & Turnebi, habetur. Ocum dictum à Græco verbo ὄκιμος, quod valet cito. Similiter quo (in margine, quoque) ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocimum, quod citat alvum bubus, & ideo datur ut purgantur, id est, pabuli segetes viride sectum antequam generat filiquas. In margine lectio Commeliniana adscripta est: Vult hujus editionis auctor ocimum per & pabuli genus esse; ocimum per & herbam odoratam. In antiquissimo codice locus sic concipitur. Ocum dictum à Græco verbo ὄκιμος: quod valet cito, similiter quoque ocimum I. cito. Hoc amplius dictum ocimum: quod citat alvum bubus: & ideo iis datur ut purgantur, id est, pabuli segetes virides sectæ: antequam generent filiquas. Verba Varronis sic lego. Ocymum dictum à Græco verbo ὄκιμος, quod valet cito. Similiter quoque ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, & ideo datur ut purgantur, id genus pabuli sunt, segetes sectæ virides antequam generent (vel genant) filiquas. Vult utrumque ocimum per & ocimum per & nomen accepisse ab ὄκιμος, ac quidem ocimum, quod cito crescat, ocymum quod cito alvum citet bubus. Postea declarat quid sit ocymum. Exscriptis hunc Varronis locum Plinius. Lib. XVIII. cap. XVI. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymom vocat, quo fistebant alvum bubus. Id erat è pabuli segete viridi desecta, antequam gelaret. Surn Manlius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem eroilie injugero autumno misceri & seris solitum. Melius & avena Græca, cuius non cadit semen, admista. Hoc vocitatum ocymum, boumque causa seris solitum. Varro appellatum à cel. ritate proveniendi, è Græco quod ὄκιμος discunt. Hæc corruptissima sunt. Catonis locus cap. LIII. reperitur, Cujus verba, ut in ultima editione extant, hæc sunt. Vbi ocimum tempestivum erit, dato quam primum. Paulò infra; Usque ocimum dabo, donec arefcat. Corrigunt ocimum. Scribo ex antiquissimis codicibus, ocymum. Sic in utroque Regii expresso habetur, Anno M C C C L X X X I I . & M C C C X X X I I . Eandem lectionem habet Commeliniana editio. Venio ad Plinium, qui contra Varronem ocymum vocatum ait pabuli genus, quo fistebant alvum bubus. Malè itaque Plinius locum Varronis exscriptis, vel corruptus est codex. Scribe ex Varrone, citabant, vel ciebant alvum bubus. Id erat è pabuli segete viridi desecta, antequam gelaret. Nec hæc vitio vacant. Nescio quid illud sit, antequam gelaret. Cato dari vult ocymum usque dum arefcat. An voluit Plinius arefcerre tum demum quando gelat. In antiquo codice legitur. Id erat è pabuli segete viride desectum antequam gelaret: in alio, gerat. Inde corrigit Scaliger Iosephus genicularet. Lego ex Varrone. Id erat è pabuli, segete viridi desecta, antequam filiquaret. Pro Manlius in antiquo codice Manlius legitur, Malunt alii Manlius. Ad ocimum herbam redeo. Hoc Varro nomen accepisse dicit ex Græco ὄκιμος, quod cito proveniat. Theophrastus testatur, tertio à latione die provenire cap. I. hujus libri, & lib. IV. de cauf. cap. III. quod Varronis sententiam valde confirmat. Doctiores tamen Botanici hoc etymon ocymo pabulo convenire scribunt: Hortense vero ἄνημα, redolere, odoratum esse, derivant. Est enim herbula eximè odorata, quæ & cerebrum odore suo ferit, & sterilitatem excitat. Significantius quoque ὄκιμος per & scribendum existimat. Notant alii apud probatum auctorem sic legi; locum tamen non citant. In Theophrasti, Nicandri, Dioscoridis; Galeni, Äginetæ, Plinius codicibus excusis, calamoque exaratis antiquissimis, optimis, ac castigatissimis constanter per & ὄκιμος Scriptum est. Batavi Basilicon vocant. Quod nomen à Græcis barbaris accepit. Hesychius,

ωρίμου, Βούτην ινώδες, τὸ λεγέμενον βασιλικόν. Suidas, ὁπλον δένδρον, ἡ φυτὸν τὸ κοινὸν λεγέμενον βασιλικόν. Id est, *Ocimum arbor, vel planta, quæ vulgo basilicum vocatur.* Arborem quæ sic vocetur novi nullam: quare existimò scriptissime Suidam, ὀξειον ινώδες φυτὸν τὸ κοινὸν λεγέμενον βασιλικόν. Basileias vocarunt, ab insigni & flagranti odore, quod regia domo & regiis manibus gestari dignum sit ocimum. Cassianus Bassus lib. xi. cap. xxix. μισθίουλον vocatum fuisse ait τὸ ἄκρυον, οὐτέ τὸ λεγέμενον μισθίουλον. Ab odio servorum hoc nomen accepisse volunt, quod servi non sibi, sed heris suis emerent ocimum. Ego codicem corruptum puto, ac scribendum, μισθίουρος vel μισθίουρης, idque quod idem Cassianus scribat, Μάλιστα δὲ τοῦ γυναικῶν πολεμιστῶν, τοσούτην ἡχοντας αὐτὸς φυσικῶν αἰτιατικῶν, ὃς οὐ πάντα λοπίδα ὁψον ὀδόρριζον ἀκμητόν ποσθεῖται, ἀγνόντων γυναικῶν, οὐ ποσθεῖται γυναικὶ τῷ ὄψον ἀφανίσαι τολμήσει, πειράζει τὸ ἄκρυον, *Maxime autem mulieribus infestum existit, tantum habens adversus ipsas naturalem contrarietatem, ut si quis, ignorante muliere; sub patinam obsonii integrum cum radice ocimum supponat, mulier non prius obsonium contingere audeat, quam ocimum auferatur.* Nemo non videt μισθίουρης scribendum. Alia non minus miranda de eodem ocimo idem tradit. οὐδὲτι ἡγετῶν γένη ποσθον, οὐδὲ τὸ μηνιδίους οὐδὲ ληθαγγικόν, οὐδὲ ἡπατικόν ποτε τοὺς ἑδιοτατας, τεκμητόν δὲ τῆς τρύπην κακίας, τὸ της αἵρετης ἐδιοτετε, μόνον ὀπίκην ἀπίκεισθαι. μεσογείος (μεσογείος MS.) δὲ τοῦτο, οὐδὲ τὸ τεῖχον σκορπίου γεννᾷ. Nullius utilitatis esse novi. Nam insanos & lethargicos & hepaticos facit, qui eo vescuntur. Signum autem ejus malignitatis est quod capra omnia depascens, à solo ocimo abstineat. Mansum autem & in sole expositum scorpios gignit. Plinius lib. xx. cap. xii. Ocimum quoque Chryssippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinæ oculorumque claritati. Præterea insaniam facere & lethargos, & iocinoris virtutem: ideoque capras id aspernari; hominibus quoque fugiendum censem. Addunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorponem gignere, commanducatum & in sole positum, vermes afferre. Afri verò, si eo die quisquam feriatur à scorpione, quo ederit ocimum, servari non posse. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluvialibus trito, convenire ad id scorpiones à proximo omnes. Diodorus in Empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta etas acriter defendit: nam id esse capra: nec cuiquam mentem motam: ut scorpionum icibus, marinorumque venenis mederi ex vino addito aceto exiguo. Vsu quoque compedium, deficientibus ex aceto odoratum familiare esse. Item lethargicis & inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rosa- ceo, aut myrtleo, aut aceto: item oculorum epiphoris impo- situm ex vino. Stomacho quoque utile, inflammations & ructum dissolvere ex aceto sumptum. Aluum sistere impos- sum, urinam cire. Sic & morbo regio & hydropicis pro- desse. Choleras & distillationes stomachi inhiberi. Hæc examinanda nobis sunt. Oculorum claritati (ex Chryssippi sententia inutile, inquit. Copiofum ocimi usum id praefare testatur Dioscorides. βιρεστικευον πολὺ, ἀμβλυντις εἰ. Copiosiore cibo aciem oculorum hebetat. Sequitur, Ad- dunt quidam tritum si operiatur lapide, scorponem gignere. Hoc paulò aliter Galenus lib. II. de Aliment. Facult. cal. lv. Καρκυντικόν περγον δὲ isti, οὐδὲ τὸ τεῖχον σκορπετψεύδομεν πνεύματον. Φασκοντες εἰ τειφριν, ιριδηνητην χύνεται, πάκιστη γαρνητὴν εἰ διλιταις ἡτερογενεις σκορπίους. οὐδὲ μεγάλον ὅπας εἰ κλιτης ηγετης ητερογενεις τὴν χύνεται. άπλα τεῦχος μέρη ψυχεῖται, κρακούμενος δι τὴν καρκυντικον, οὐδὲ ποτε πιπελαχίστας, ἀλλοθες εἰ εἴποις αὐτο. Virtutis autem est succi: que res impulit quosdam, ut falsa de eo prodiderint, affirmantes, ipsum paucis diebus scorpiones generare, si tritum in ollam inanem immittatur, & potissimum si quis quotidie ollam ad solem calfecerit. Verū id quidem falsum est; verè autem ipsum dixeris olus stomacho esse noxiū, pravique succi, & concoctū difficile. Admiranda historia est, quæ apud Hollerium & Duretū legitur. Lib. De morbis internis ca. I. ubi hanc historiam narrat Hollerius. Quibusdā vermes generantur in cerebro. Id rarum esse scripsit Avicennas; quod tamē memoria nostra visum est. Et cuidam Italo ex frequenti odoratu basilice herbae natus scorpio in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem denique attulit. Duretus in notis ad caput citatum. Post hunc locum scribit Hollerius quibusdam vermes in cerebro generari: Et ego unum vidi in filia cuiusdam medici, in ejus cerebro natum & post mortem reper- tum. Ait autem vermes ipsos; in cerebro procreari ab ocimi, & aliarum bujusmodi cephalicarum herbarum odore ve- hementiori: quia illæ, præterquam quod; suo vapore, ce-

rebrum humore quodam pituitoso perpetuo madens, augent, impletumque plethoricas causis; motum etiam in ipso phlegmate suo calore excitant. Hanc autem vermes producuntur, ut cernitur in sino. Memorabilis certe historia. Cæterum scorpiones ex ocimo arte generari posse quidam nobis asserunt. Illud credimus, quod Clarissimus Ioachimus Camerarius refert, scorpiones sub fictilibus in quibus ocimum colitur libenter itabulari. Lepidam & non injucundam addam historiam, quæ apud Angustinum Justinianum Genuensem lib. vi. legitur. Franciscus Marchio Iurisconsultus missus à Genuensibus orator ad ducem Mediolanensem, cum eum non vellet audiire, nec pactis cum republica Genuensi stare. Captata occasione obtulit Duci manipulum herbae basilici. Qui admirabundus, quæd sibi hoc donum vellet, quæsivit, cui illa respondet: ejusmodi proprietatem huic plantæ inesse, ut leniter & suauiter concreta præbeat gratum odorem, nimis autem duriter compressa atque coœtrita, tandem producere scorpiones: vero simile esse ingenium Genuensem. Dux ingenioso hoc responso admodum defectus, & sententiam priorem mutavit, & legatum honorificè dimisit. Pergit Plinius, commanducatū & in sole positum vermes procreare. Idem ferè Dioscorides. Φυλάσσονται δὲ πρὸς αὐτὸν ἡσίοντος, ἀλλὰ μαστιγίῳ καὶ τοῖν εἰς ἄλιξ σκελήκια χωνεύεται. Eam fugiunt nonnulli & edere verentur, quod commanducata & in sole posita vermiculos gignat. Plinius. Afri vero si eo die, Contrarium Dioscorides. Διάβολος δὲ πεσούληφασιν; ὅποι φάγοντες αὐτὸν καὶ πληγάρτες τῶν σφρεπτῶν, ἀπονοτοῦνται. In cibum vero receperunt Afri, quia si feruntur à scorpione qui ocimum ederint, incolumes converventur. Malè ergo Plinius, eos servari non posse scribit, qui ocimum comedenter, eodemque die à scorpione lœduntur. Mendum subesse in Plinius verbis videtur. In Toletano codice, teste Pintiano, scriptum est: Comanducatum, & in sole positum, vermes. (sc: gignere) Affirmant vero si eo die, &c. Sed nec hæc lectio contradictionem tollit; nisi quis vellet dicere, in Italia aliisque terris non posse servari, contra in Africa non lœdi. Sed hæc satis incerta. Nec tamen aliter Plinius cum Dioscoride conciliari potest, nisi quis velit particulam non delere, vel, pro servari, perire, cœdi, vel tale verbum, scribere. Ego vix ausim tanta libertate, audaciaque uti. Secuta ætas acriter defendit. Antiquus noster codex, non dissimili sensu; Secuta ætas alacriter defendit. Nam id esse capras. Hæc non capram, sed hircum olenit; foeda admodum & depravata sunt. Malè in antiquo codice legitur. Nam id esse capras. Nec minus, quam mentam ac rutam scorpionum terrestrium ictibus marinorumque venenis. Hæc sordido luto coenoque consparsa sunt. Scribo. Secuta ætas alacriter defendit, negavitque usū ejus cuiquam mentem motam, scorpionum terrestrium ictibus, marinorumque venenis medetur ex vino addito acetō exiguo. Compertum. Sensus est, Chryssippus affirmaverat ocimum insianam facere. Secuta ætas alacriter resistens negavit, usū ejus mentem cuiquam motam, hoc est, alienatam. Malè fortasse pro marinorumque venenis, draconumque marinorum scriberetur. Illud monere tantum volui. Dioscorides; οὐδὲ δράκοντος ταῦτα στοχίου ταῦτα γένονται. Ut & draconis marinis & scorpionis ictibus. Addito acetō exiguo. Festivius ac magis ex nitore Pliniano, addito acetī exiguo. Reliqua facilia sunt. Memorabile etiam quod in eclogis geponicis, lib. xv. cap. i. Οἰλεκτρικός λίθος, οὐρα στεφανός, πάντα τὰ ἀκρυλικά καὶ κυρφαὶ ἐλαῖαι ταῦτα ταῦτα ἀκριμονον. Electrum lapis sive succinum, omnia paleosa ac færia ad se ipsū trahit, præter ocimum. Hoc si de viridi tradat, nihil memorabile dicit, nā nec lactucæ, cichoreique trahuntur ab electro. Sin de sicco, fabulosa docet, quæque experientiae refragantur. Variis in locis de ocimo egit Theophrastus. lib. viii. cap. ii. histor. & lib. ii. de cauf. cap. ii. & xx. ronsum ac diminutum melius provenire ait, etiam avulsione, ramisque extremis, lignosumque esse refert. Lib. iv. de caufis cap. iii. ficum esse & debile, ideoque æstate serendum. Lib. tamen hoc vii. cap. i. inter ea numerat, quæ feri desiderat, quando sol est in Ariete, Martio, Aprilique mensibus. cap. iii. ejusdem libri, secundumfimum esse & diu & particularim florere, lib. vii. cap. vi. semen infirmum esse, ac non diu durare, lib. vii. cap. i. cortice semen contineri, lib. vii. cap. iii. & lib. i. cap. ix. hist. lignosam habere radicem. lib. i. cap. xvi. caulem emittere foliis jam perfectis lib. vii. cap. v. sub canis ortu pallescere, hæc caufa cur moneat. Dioscorides in præfatione operis omnes plantas examinandas esse & inspiciendas

cum primùm pullant, cum florent, demum cum per-
reunt. Eodem loco rigandum esse meridie tradit, lib.
v. de cauf. cap. viii, in serpyllum degenerare. Videat
Lector, quæ ad loca jam citata notavimus. Dioscorides
lib. II. cap. clxxi. ocyum describens nullam apposuit
distinctionem, dixi: que tantum, notam satis esse plan-
tam. Lib. tamen quarto cap. lxxi. solani horrensis folia
comparat ocymi foliis, sed solani majora & latiora esse
scribit. Φύλλα μέλανα, ακίνητοι μήλοι τοις πλευραῖς. Theophrastus ocyum cap. iv. hujus libri inter eas recentet
plantas, quæ generis nullam ostendunt differentiam.
Dioscorides quoque nullam observavit varietatem, sal-
tem memoriae non prodidit. Martialis apud Palladium
diversitatem miram in flore observavit. Verba ipsa Pal-
ladii ex Aprili Titul. IIII. adscribam. Nunc ocyum se-
ritur: citò nasci dicitur, si statim cum severis, aqua cali-
da perfundas. Rem miram de ocyo Martialis (Gargili-
um intellige Martiale, non Poëtam) affirmat, quod
modò purpureos, modò albos flores, modò roseos pariat, &
si ex eo semine frequenter seratur, modò in serpyllum, modò
in sisymbrium mutetur. Recentior ætas plura obser-
vit genera, quæ potissimum differunt magnitudine fo-
liorum, quæ vel majora, minora, media, latiora, angu-
stiora, plana, inflexa, crispa colore, vel viridia, vel ni-
gricantia, vel maculata; odore caryophyllos, vel ci-
trum redolentia. Flores vel candidi, vel purpurascentes
sunt. Vulgarissimum ocyum est, cuius imaginem apposuimus. Sativum ocyi, inquit Dodonæus, magnitudi-
ne differentes, duæ species sunt vulgares, ambæ surculosæ,
dodrantis aut pedis altitudine atolluntur, ramulis rotun-

planta, qua facie, & magnitudine plane ignoramus.
Mathiolus pro erino Dioscoridis obrudit, scribitque,
se legisse apud aquarum rivulos; succoque lacteo a-
deò turgere addit, ut manus itificat. Ab ocimo ad oci-
nastrum sive ad ocimoidis venio historiam. Describitur

Basilicū aquat. Castoris Durantis.



Ocyum vulgatus.



dis, in plures alas divisis, purpureis. Et major quidem folia
habet lata, per margines leviter crenata, mercurialis her-
be magnitudine & forma similia: minor verò minora:
ueraque splendida, & dilutè virentia: flosculos exiguis
colore vel candidos, vel obscurius purpurascentes: semen exi-
guum nigricans, radices oblongas duras, non absque adha-
rentibus fibris. Odor utriusque similis; nisi quod majoris spe-
cies quedam reperiatur, que citrum malum odore refert,
quod oicum citratum appellant. Mathiolus præter hæc
duo ocima etiam tertium quoddam maximum reperiri
memoria prodidit, foliis amaranthi majoribus, longis,
latis & crassis citrii mali foliis similibus. Seritur oci-
um in hortis & in fuctibus. Aliud genus idem Ma-
thiolus ocimi aquatici nomine exhibet, foliis incisis.
Idem genus foliis incisuris carentibus à Castore Duran-
te pingitur. Figuram ex Castore apposuimus; sed qualis

à Dioscoride lib. IV. cap. xxviii. Οκυμεδίς, οὐ δὲ φιλατά-
ειον, φύλλα μὲν ἔχει ὄψιν οὐ μητε, κλάνεται απὸ βασισμού, διαστένε-
ται δὲ τὸ διατήλοιον ἵστον καὶ πλήρες απόγενος πιλατός,
ταῦτα μελαθεῖ. Ocimoides, sc̄i, ut alii, Philetærium, fo-
lia fert ocimi, & ramos dodranta'es, hirsutos, siliquas hyo-
scyamo similes, semine nigro, ceu melanthii pregnantes. Ad
calcem capitis scriptum est, μέτρον ὑπὲρ λεπτόν, καὶ ἀχρη-
μον. Cæterum radice nititur tenui & supervacua. In al-
tero codice capitis hujus inscriptio, non οὐκ ὄχι μεριδῶν,
sed οὐκ ἴντερον οὐκ ὄχι μεριδῶν. Hoc occasionem viris
doctissimis dedit, ut crederent, ocimastrum jam à Dio-
scoride delineatum, Alcibum alterum esse Nicandri in-
Theriac. ubi canit

Αὐλην δὲ Αλκιβίων Φερεννυμον αὔρεο πόιην
Δράγμα χερὸς πλήσας. Παύρῳ δὲ σὺν νέκταρε
πίνοις.

Τὴν μὲν ἐπὶ σκοπέλοις Θαλαμεζίσιον ἐπικτήρ
Κρύμης ἀμπέλιον καὶ ἀνὰ γεάσον, ἡ δὲ ἱγρα ἵππου
Λειμῶνες, σκυλάκεοσιν ἀμυκλάμησις κελένων,
Κυνηγθμὸν κυνὸς σῦλον ἐπώρευε θυμολέοντος.
Οὐ τε μεταλλεύων αἰχός ρόσον ἐπίβω ύλης,
Κανθῶ σὺν ράντηρι τυπην ἀνεδέξατ' ἔχιδνης.
Καὶ τὴν μὲν κλάγχας αἴφεντος Βάλε, ρέα δὲ ποίης
Φύλλα καπέθρυζεν, καὶ ἀλεύατο Φοινὶ οὐλεθρον.

Alteram ab Alcibo dictam cape providus herbam,
Prendens quantum poteris constringere dextra.
Commisoque mero factum celer ebibe potum.
Repperit hanc olim quidam venator, ut ajunt,
Quando Phalacrae scopulis Crymæa per arva,
Et per amena Grafi clamoris equique vireta,
Exhortante canum latratu voce ciceret.
Hic viridi in sylva celeris vestigia capre
Sectans, in madidum prope lumina vertagus birquum
Vipereis tristem suscepit dentibus ictum.
Ergo procul querulo & morsum testante latratu
Herentem à se serpentem excussit, & inde
Hujus morsa statim folia herbea glutijt, & sic
Horribilem interitum talimedicamente fugit.

Doctissimorum, ut dixi, virorum sententia est; Nicandrum versibus citatis agere de ocimastro. Tum quod titulus alterius codicis sit *αὶ ινέον ἵχιον ἡ ὄχιμοειδῆς*. Tum quod Dioscorides statim ubi echij absolvit historiam de ocimastro agat. Accedit, quod Auctuarii auctor scribat, ocimoides ocimastrum à Romanis *ἵχιον* verò ab aliis vocari. οἱ δὲ, καὶ τάντον ἵχιον καλοῦσι, οἱ δὲ σκορπίουρον. Τηναῦτοι ὄχιμοειδῆς. Sunt qui hanc echium appellant, alii scorpiuron. Romani ocimastrum. Denique hoc etiam utuntur argumento. Quod alterius Alcibiī nusquam meminerit Dioscorides, idemque ocimoides prescribat adversus serpentum morsus. Contrarium suadet quod Dioscorides ocimoidis semen adversus serpentum iectus valere tradat, folia commendet Nicander.

Φύλα κατέβρυξεν καὶ αλεύσατο Φοινὸν ὅλεθρον.

Folia, sic mortem fatumque avertit acerbum.

Dioscorides: Δύναμιν δὲ ἵχει τὸ σπέρμα ποιόμενον εἰς ἵχιον καὶ τὸ ἀλλὰ τὰ ιεράτων δύγματα θεραπεύειν. Vim hanc habet semen in vino potum, ut viperarum, ceterarumque serpentum morsibus medeatur. Ceterum Poëta per Alcibiū plantam intelligit anchesum alteram, quam aliqui, ut scribit Dioscorides, ἀλκιβιάδοι aut ὄχιστεις vocarunt lib. IV. ca. xxiv. Αὐγχυνοντες ἵχιον ἀλκιβιάδοι, ἡ ὄχιστης ἵχιον. Hanc opinionem ipse Nicander probat, cum paullò ante cecinit.

Εἴθα διώ ἔχεια πτφάσκεο. τῆς δὲ τὸ μὲν πν.
Αγμούσῃ προσέοικεν σύκαιοντες πετάλειον
Παῦρον ἐπεὶ τοτέον τε καὶ σύ χθονὶ ποθμένα τέίνει.
Η δέ εἴτεον πετάλοισι καὶ καλύπτει τάλαια
Τιψηλὴ ὄλιγῳ δὲ πέριξ ποφύσεται ἄνθει.
Βλάση δὲ ὡς ἔχιος, σφεδανὸν δὲ φύπερήθε καργηνόν.

*Quia inter duplex echium spectabis, acutis
Vnum horrens spinis, anchusa fronde, nec alta
Defossum terra, tenui radice brevique:
Ait aliud calyce & folio majore, pusillo
Purpureoque viret redimitum flore, superne
Vipereum gestans ad stricto vertice semen.*

Ad hos versus Scholia festes. Τὰ δὲ ἵπερον φυσίον ἕχειν φύλαξις
 καὶ κλαδοῖς ὑψηλοῖς ἀεὶ θάλασσα ὄλιγῳ στεριφέται αἴθει. καλύπτει δὲ τὸ
 κακλεσίον αὐτῷ τὸν πόδιον, τὸν δὲ λογον τὸν Κλασσὸν σημαίνει. Alterum
 echij genus foliis & ramis majus est, semperque vi-
 ret, parvo donatum flore. Calyx flos roseo nundum apertus
 nunc germin significat. Hæc satis ostendunt, de ocima-
 stro non agere Poëtam; φύλαξερ γε cur quidam nominari
 non video. Non illud aparine habet, quod vesti-
 bus, ac præsertim laciinis comeantum tanquam soda-
 lium seu amicorum tenacissime adhaerat. An ocimoides
 dicitur quod vestibus arcte insideat, affixumque
 maneat? οὐδὲ τολμαῖον, inquit Dioscorides, νοσηνάμη. Sunt
 qui putant, si quis ocimoides hic melanthij vasculis as-
 similari. At quoniam illius si quis, jam pronunciavit
 auctor Hyoscijamo similes esse, hoc loco judicat Do-
 ctissimus Saracenus tum ocimoides, tum melanthii se-
 mina inter se conferri quamobrem οὐκότο, non, οὐκότας,
 legendum censet. Ocimastrum à Romanis dictum fuit,
 quasi sylvestre ocimum, uti mentastrum sylvestris men-
 ta, quod cum ocimo foliis potissimum simile sit, qua-
 etiam de causa φύλαξις vocatum fuit. Docti qui
 botanici ocimastrum Plinii ocimum sylvestre appellare
 tradunt lib. xx. cap. xiii. Sylvestri ocimo vis efficacior ad
 eadem omnia, peculiaris ad vitia, quæ vomitionibus crebris
 contrahuntur. Vomicisque vulvae, contra bestiarum mor-
 sus radix in vino est efficacissima. Vel Plinius confundit
 cum ocimo alia plantæ sylvestre. ocimum, aut ocimastrum & ocimum sylvestre plantæ sunt diversæ; non
 tantum quod facultates à Plinio memoratas taceat Di-
 oscorides; Sed quod contraria fermè scribat. Diosco-
 rides ocimoides radicem tenuem & inutilem scribit.
 Plinius radicem ocimi sylvestris efficacissimam inquit,
 contra bestiarum morsus. Recentiorum quidam pro
 ocimastro ostendunt plantam cuius imaginem exhibe-
 mus. Cauliculos promit complures, quadrangulares, in-
 firmos, terram versus reclinatos: folia ex intervallis bi-
 na contra se posita, parva, longiuscula, ac latiuscula,
 aliquantulum hirsuta & aspera, uti & caulinis: floscu-
 los è foliorum sinibus exeuntes, parvos, orbiculatum

Ocymastrum Fuch. ocymum sylvest.



cauliculos ambientes, colore è candido non nihil purpu-
 rascentes: semen exile: radices fibris coherentes. Odo-
 re herba hæc multum quam ocimum est inferiore, ut-
 pote exili & obscuro, sed tamen cum gravitate quadam
 non insuavi, ad calamintes aut ocimi accedente. Va-
 riata foliis modo latioribus modò angustioribus: ratione
 loci modò erecta, modò repens, hinc fit, ut aliā figuram
 Dodoneus, aliam exhibuerit Fuchsius. Aliquando hir-
 sutissima est, aliquando penè laevis; floribus cœruleis,
 rarius albis. Exit multis Germaniae ac Italiae locis sua
 sponte, præsertim incultis & arenosis. Estate tota flo-
 ret, & non raro Septembri etiam mense. Non esse ocim-
 astrum vel inde appetet, quod licet semina minima
 sint, vascilisque inclusa minimis, nullam habeant va-
 scula similitudinem cum hyosciami cytiris. Malunt id-
 circo alii non pro ocymastro habere, sed pro clinopodio.
 Horum etiam sententiam improbamus. Nam si propter florum secundum cauliculos ambitum, clinopodium
 dici meretur; multæ aliae eodem nomine nuncu-
 pandæ erunt: ut calamentha, orvala, horminum, la-
 miu, dictamnum, marubium, pulegium, salvia, scor-
 dium, bugula, aliæque plures, quarum omnium orbicu-
 latim cauliculos circumdant, multa tamen clinopodium
 dicitur. Quare Dodonæo videtur acino non diffi-
 milis esse herba. Acion describit Dioscorides lib. iii.
 cap. L. Αἴκης η ἄγριος (verus addit *παρμαῖος ὄχιμοειδῆς*) ποι-
 εῖται πεπονιφός, σφαρωματική, οὐδὲ τολμαῖον, δισοντίον δὲ
 καὶ ιαδης. παῖς οὐδεὶς δὲ καὶ κηπίστη. Acinus seu aconitum Ro-
 manis Ocimastros dicitur) herba est gracili surculo, corona-
 ria, ocimo similis, sed hirsutior atque odorata. Apud non-
 nullos etiam in hortis seritur. Has omnes notas habet
 planta, jam descripta. Notandum quoque, quod Au-
 ctuarii auctor acinum vocari scribat *ἄχειον βασιλικόν*, &
ἄχιμοειδῆς. οἱ δὲ *ἄχειον βασιλικόν*, *ράμπαιος ὄχιμοειδῆς*. Pro
 ocimastro alii plantam ostendunt, quam vulgo betoni-
 cam appellamus aquaticam, scrophulariam alteram: &
 primam scrophulariæ ocimastri alteram genus vocant.
 Scrophularia quæ major cognominatur quadrangula-
 ribus ac subinde cubito altioribus assurgit caulinis, colo-
 re ex obscuriore purpura nigricantibus, interius va-
 cuis. Folio ab uno veluti geniculo semper bina contra se
 posita, lata, acuminata, per margines crenata urticæ
 majoris similia, sed majora, nigriora, & haud quaquam
 attractu urentia, sive pungentia: flosculi in summo ala-
 rū parvuli, colore obscurè purpurei, forma exigua cas-
 fides satis exprimentes in rotundis, sed tamen acumi-
 natas

Scrophyllaria



Betonica aquatica.



natis capitulis, semen succedit exiguum. Radix albida, veluti nodos ac tubercula multa profert, & obliqua ut plurimum nascitur, quandoque idcirco & progerminans. Memorabile est quod quidam referunt, vix aliam reperiri herbam, quae diutius vireat, & ab interitu vindicetur. Germaniae quædam mulierculæ in vigilia divi Ioannis in tabulato suspendunt, parietibus quoq; impo- nunt, supra janus collocant, quibus in locis longo tem- pore viget, viridisque permanet & continuo repullula- scit, adeò & ut circa festum nativitatis Domini nostri Iesu virentem eam invenire liceat. Secus agrorum mar- gines, in scrobibus siccis non raro provenit, ac in sylvis. Passim scrophulariam vocant majorem, ad differentiam minoris chelidonii, quod scrophulariam nuncupant mi- norem. Si tam diu duret viriditatemque ac vigorem tamdiu retineat, uti dictum est, non ineptè ~~ad~~ nuncu- pari possit; nec video cur ~~ad~~ appellare eam non liceat. Quam betonicam vocant aquatilam caule, foliis, floribus, capitulisque jam descriptæ simillima est, cau- les quandoq; paulo crassiores, folia etiam subinde exi- guum majora. Radices autem hujus nequaquam nodo- sae, aur tubercula eminentia habentes, sed ex multis tenuibus fibris commissæ, quibus à superiore potissi- mum differens est. Hæc juxta aquas profluentes emi- cat; ac secus scrobium, rivulorumque margines, ac fluviorum ripas; in aridis vix reperitur. Nullam video causam, cur betonicam vocarint aquatilem, tam betoni- cae, quam plantagini similis est, neutram folio, flore, radice, semine refert. Malè ergo clymenon quidam as- ferunt. Plantiginis foliis scribit Dioscorides clymenon esse. Sed nec semen fert hederæ, quale clymenon habe- re tradit Dioscorides. De clymeno plura infra. Oci- astrum vel acimoides esse nequit. Ramuli dodrante ma- jores sunt, quatuor dodrantes superans. Folia planè oci- mo dissimilia sunt, nec siliquas fert hyoscynam refe- rentes. Nullum quoque lychnidis genus vascula fert; hyoscymo comparari possunt, nec ullam lychnidem fo- liis ocimi esse puto, saltem behen vocatum & sylvestrem vulgarem flore albore talia folia habere nego? Sed demus vascula in quibus semen lychnidis est hyoscymo similia esse. Folia tamen lychnidis dissimilia sunt, præterquam quod radices longæ, crassæque sunt. Dioscorides oci-

mastrum & inutilem habere radicem tradit. Nugantū qui sesamoides Salmanticense Clusii pro ocimastro habent. Vide quæ supra diximus. Ocimastrum quæ referat planta nobis incognita est.

Duxēscriptor. Corruptus Aldinus & Basileensis codex. In utroque scriptum est: δυσκηρεύτος δι τὸν ιμφλοιον πειραταν καὶ τούτων * καὶ πραισαν εργάτης αὐτοῦ ἐπραίνοντο, καὶ τηνίδια δι τολύχους καὶ πολυτοπίεματα πολυκρεπτοτετον. In codice apud Aldi filios M.D.LII. expresso locus hic nitidius, quam in Basileensi legitur; δυσκηρεύτος δι τὸν ιμφλοιον πειραταν καὶ τούτων μάλιστα ἀκίρητον τοῦ ἐπραίνοντο πολυκρεπτοτετον γέγονον. διό καὶ πραισαν εργάτης αὐτοῦ ἐπραίνετον, ἀπιτεῖται δι τολύχους καὶ πολυτοπίεματα. Theodorus legit, δυσκηρεύτος δι τὰ ιμφλοιοπέματα, οἱ τοτοὶ μάλιστα τὸ ἄκιρητον. ἀπιτεῖται δι ἐπραίνοντα εὐφορετεγον, vel πολύχοι, vel πολύτετο. διό καὶ πραισαν εργάτης. Plinius li.xi.ca.vii. Quæ in cortice sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum ē gyt. Siccanur omnia ac sunt facunda. Scripsit Plinius, Quæ in cortice sunt difficillime inarescunt, maximeque ocimum ē gyt siccata omnia sunt facunda. Theophrastum ex altera Aldina lectione sic restitue, δυσκηρεύτος δι τὰ ιμφλοιοπέματα, οἱ τοτοὶ μάλιστα ἄκιρητον. (si Plinium sequi velis adde καὶ μάλιστα) πάντα δι τὸν ιμφλοιοπέματα πολυκρεπτοτετον γέγονον. διό καὶ πραισαν εργάτης αὐτοῦ ἐπραίνετον, ἀπιτεῖται δι τολύχους καὶ πολυτοπίεματα. Πολύχοι. Voce sāpe uritur Theophrastus de-notat idem quod πολύχοις lib. IV. capit. XII. de caus. plant. πολύχοις πολύς, triticum large fructificans. Cap.viii ejusdem libri, πολυχοίστηροι κιδρόποι leguminina multo fecundiora. Puto tamen non sic scripsisse Theophrastum, verum in hunc sensum ἀπιτεῖται δι τολύχοντα, πολυτοπία, id est, omnia que pluribus tunicis includuntur fertiliora sunt, ut respondeat τῷ ιμφλοιοπέματα. Sed quilibet sua fruatur opinione; Utraque lectio latius tolerari potest. Illa autem quæ vasculis inclusis semen ferunt, fertiliora esse extra controversiā arbitror, saltē ut plurimum plura semina ferunt.

Poggendorffus; lege προσαριζόμενον. verte, protinus enim singulis ramis copiosum semen racematum adhæret.

...tū m̄ e cōgūm̄. H̄cē in Aldino & Basileenſi desiderātur. Legit Scaliger, tñs dñs r̄ubr̄as p̄op̄r̄as. Sic scribe, vel tñs dñs p̄etras atq̄ e q̄r̄as.

Eis τῷ ἀβεγος Basileensis codex. δικτη διηγή εἰς τὸ ἀβεγον ἄποτο
βίβλουν γράψαν. Emendata Scl. ίση τῷ αὐτῷ ἀβεγος Γρήμαν. Ηε-

reo utrum vulgata, an Scaligeriana melior. Utraque bona, & in eundem cedit senum. Plin.lib. xix. cap. vii. Vtique meliora nascentur acervatim sato semine, quam sparsa. Ita certe porrum & allium serunt in lacinis colligatum. Theophrastus non allium, sed apium sic seri docet. Quare pro allium substitui poterit apium. Quod sequitur. Apium etiam papillo caverne. Non prohibet, pro allium scribere apium. Utrumque enim de apio, ut mox dicam, tradidit eodem capite, eodemque quasi spiritu Theophrastus. Porrum apiumque si acervatim ferantur melius provenire testatur Cassianus Bassus, lib. xii. cap. xxix. Εγεν δι μεταρχα παν τη πεδον επει τις καιροι λιπαντι παλαιοι, την σπιραματο, την τηγανι δικτυλιαν αυλαεβων, ευδοκησ, επιτην περιφερειαν, in MS. ευειλασσον circumferegeris malo iubens αρχευτεις (αρδισσον MS. recte) ολα γινεται σπιραματα νουμενα, επι αυτη περιφερειαν διπτελει την αυτη συμβαγεις ιπιστημενον. Valde autem maiores porri fiunt, si in panniculum lineum protritum & veterem, semen quantum tribus digiti apprehendi potest illigaveris, deinde stercore intexeris, statimque rigaveris. Totus enim seminum acervus unitus, unum magnum porrum efficiet. Idem contingit etiam in apio. Palladius in Februario tit. xxiv. Item plura semina in unum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. Idem in Aprili tit. iii. Apios maiores facies, si semen quantum tribus digiti comprehendis potest, linteolo clauseris rariore, & brevi fossa obrueris. Ita omnium seminum germen capitidis unius soliditate necetur. Allium autem acervatim seri, nec Palladius, nec Cassianus scribit. Quare apud Plinium pro alio apium lego. Acervatim & asparagus seritur, ut crassiores turiones proferat. Idem Cassianus, lib. xii. cap. xviii. Σωτεριται δι την ινα, επι ποινιον ουν ζελεγος δικτυλιον πεισι, εντιβης καθε επιχειρησιν την σπιραματο, κακηνον βιην απεκπειτων δι οι δι ζελεγος αποδικηλων διατημα σπινθηματον. Σπαγγιται δι την πρωτην ζελεγον μην οχλειδων, πολλη, επι βοτανιδηναι. M S. Ζεταναδηναι. Seminatur autem vere. Scrobes itaque digitorum trium facito, & insingulos seminis grana duo aut tria imponito. Distant scrobes inter se spacio dodrantali. Seminati autem primo anno non vexentur, praterquam quod rumentur. Palladius in Martio. Tit. ix. Hoc mensie asparagos seremus circa Aprilis calendas pingui loco, humido, subacto, ita ut minoribus fossulis ad lineam directis, bina aut ternae grana semipedis spacio discreta ponantur. Dein stercore solum tegatur, & herba subinde vellantur, vel per hyemem supra stramina jaciantur primo vere tollenda. Hinc post triennium nascetur asparagi. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias ponas, que cito fructum ministrent. Haec sic sient. Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possit, post idus februario pingui & stercorato solo in singulis fossis ponis, & leviter obruis, his coeuntibus, radix connexa nascetur, que appellatur spongia.

Τὸ σέλινον, Cassianus Bassus lib. XII. cap. XXIII. Μηδα-
λος ἵεται σέλινος, ἐάν πωνίσω παλαιῷ (Ιεράπετρας παλαιὸν) σπίρματος

τοῖς τρισὶ διακτύλοις συλλαμβάνει ἐπίδημος, οὐτε μέγας περιεπλάνατο, ἵνα
θεὸς ἀρχόντες (ἀρχόντης) ὄμοιος δὲ μέγεσσος ἦται σύλλογος αὐτῷ (αὐ-
τὸς MS.) τὸν φίλον, ἔχουσαν εἰδώλιον, Εἰ ἀρχόντες (ἀρχόντης)
Magnum evadet apium si seminis eius quantum tribus di-
gitis apprehendi potest in panniculum vetustum diligaveris,
dein stercore injecto statim rigaveris. Similiter maximum
erit apium, si circum fossis radicibus paleas adjeceris Εἰ
rigaveris. Plinius loco citato. Apium etiam paxillo caverna
facta, Εἴ simo ingestu. Ad incrementum, inquit Theophras-
tus, locus confert. Ideo cum apium transseritur, adigi-
tam altè paxillum præcipiunt, quam apium fieri mag-
num placet. Quin etiam & apii semen exceptum panni-
culo stercore terraque pleno, in cavernam paxillo jam
antea reclusam demitti idem scribit.

Tois σχίμασι. Quod de cucumere narrat, experientia confirmatur. Eadem Cassianus Bassus tradit lib. xii.
Cap. xix. Μήτουσχηματίσσονται δέ τις ο θεῖος σχῆμα, εἰς ποίησις ὄρεσίνα αὐγῆσι, καὶ ἐπι μικρούς δύοντος αὐλοῦς οὐδὲν φάσι τὸν τόπον, οὐδὲ τοὺς καρυκηπῆγες οὖν οὐδὲ καλάμους οὐδὲ μῆκος πεμψάντων φύει τοις δύοντος καὶ αὐλοτοφίξεις τούτοις τὴν οἰκουν τὴν ιερολογίαν ταῦτα μικροὶ δύονταί εἰσιν (εἰ) Καλύπη, αὐλανομένη διὰ ὅλου τοῦ μέντους, ταῦτα προστίθενται καλάμους. *Transfigurabuntur in quancunque volueris figuram, si testacea feceris vase, eaque parvis adhuc circumposueris, & obligaveris, formas enim & characteres implebunt. Quare & arundine in longum secta, excavataque & composita & coarctata, si in eam cucumerem aut cucurbitam dum adhuc parva est immiseris, augescens per omnem longitudinem arundinem explebit.* Palladius in Martio Tit. ix. Aliqui florem cucumeris cum viticulae sue capite canna inserunt, cui prius omnes nodos perforaverint: ibi cucumis nascentur in nimiam longitudinem tensus. Si ejus florem sicut in sua vita est, in forma fistili claueris, ac ligaveris, quemadmodum vultum formam vel hominis, vel animalis habuerit, talem cucumis figuram præstabit. Hæc omnia Gargilius Martialis asseruit.

A' τιθ. Aldinus codex & Bafleensfish habent , ἀ' τιθ
λαμβάνει καὶ τὸν τούς. Alter Ald. codex καὶ ἀ' τιθ διαφορά δὲ
οὐ λαμβάνει καὶ τὸν τούς. Vulgata præstat.

Fædant spicæviles. Supra cap. I. hujus libri, cucurbitana (idem enim an σωκύω, an σωκυ legas, de utroque enim cucumere & cucurbita verum est) lacte præmaceratum citius provenire. Hoc capite meliorem, ac sapore præstantiorem ait, quod lib. III. de causis repetit cap. XI. quo lectorem mirto. Idem testatur Columella lib. XI. cap. III. Cucumis tener & jucundissimus fit, si antequam seras, semen ejus lacte maceres, nonnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idem faciunt. Pallad. loc. cit. semina si ovillo lacte & mulso maceres, dulces nascentur & candidi. Idem de melone eodem capite tradit. Semina ejus mulso, & lacte per triduum maceranda sunt, & tunc jam siccata ponenda: hinc suaves efficiuntur. Odorati autem fiunt, si eorum semina multis diebus inter rosea folia siccata mergantur.

ΚΕΦ. Δ.

C A P. I I I I .

Quæ olera plurima habeant. Quæ pauciora. ut radix, id est, raphanus, rapa, brassica, beta, cucumis, cucurbita, cuminum, laduca, apium, cæpa, ascalonia, gethyum, allium.

Γ Ε'νη δὲ τῶν αἱρέστων πλείω, τῶν δὲ ἔκεστιν. οἷον,
ῳκίας, λαπτίδας, τὸ βλίτον, καρδάμας, εὐζώμες,
ἢ αὐδραφάξην Θεόν, κεραμόν, ἀνήθη, πηγάνη. ταῦταν
χάρις Φασὶν τὸ εἴναι τολμέω γένη, εἰδὴ γένες Διεφο-
ραῖ. τὸ δὲ αἰάπαλιν πλείω γένη. τὰν δὲ οὖτις, ράφανί-
δην, ράφανός, τεύλιός, σικύός, κελοκυνήτης, κυμίνος,
σκερόδες, θεραπικής. Διειρρέστη δὲ τοῖς τοῦ Φύλλοις, καὶ
ταῖς εἵζεσι, καὶ τοῖς κράμασι, καὶ τοῖς χυλοῖς, καὶ τοῖς ἄλ-
λοις τοῖς τοιχίοις. οἷον τὸ εργανίδην γένη, Κορυνθίαν,
Κλεωνίαν, ηλιοθαλασσίαν, Βοιωτίαν. εὐανθεστέτην
δὲ Φασὶν τὴν Κορυνθίαν. ἡ δὲ τὴν βίζαν ἔχει γυμνήν.
αἴθισθαι χάρις εἰς τὸ αἷον, καὶ ἐχώσις αἱ ἄλλαι κάτω.
τὴν δὲ τὴν Λιθοθαλασσίαν, ἣν εἴναι καλλέστη η Βοιωτίαν,
οἰχυροτάτην πορφύρας τὰς χειμῶνας. τὴν δὲ Βοιωτίαν, γλυ-

Genera autem aliis plura, aliis minime. Plura ut ocimi, ramicis, bliti, nasturtii, erucæ, atriplicis, corianni, anethi, rutæ: his enim diversitatem generis deesse omnino volunt. Quædam è contrario pluribus constant generibus: ut † radix, brassica, beta, † *Raphis*-cucumis, cucurbita, cuminum, allium, lactu-*nus*. ca. Dividunt hæc foliis, radicibus, coloribus, saporibus, reliquisque ejusmodi. † Vi radicis † *Vt rha-* genera Corinthium, Cleonæum, † Liothalassium, *pianigene-* Bœotium. Amplissime Corinthia adolescit, quæ ^{ra.} † *Leiotha-* † vel stirpe constat detecta: hæc enim sursum *lasiu-* versus protruditur, non ut cæteræ in terram am- ^{ra.} *Leiotha-* pliati solita est. † Liothalassia, quam Thraciam *lasiu-* vocant, validissima adversus frigora traditur. † *Nuda* Bœotia dulcissima est, & figura rotunda: nec ut *constatra-* ^{re.} *disc.*

Cleonæa, prælonga. Quibus folia lævia, dulciores, suavioresque sunt: quibus autem scabra, acriores. Genus præterea redditur, quod foliis erucæ simile est. Radicis genera hæc notaverunt. Rapæ alii esse, alii non esse diversitatem generis putant: sed mari tantum fœminaque differre, nascique ambas ex eodem semine. Sed ut effeminentur, raras deponere oportere. Nam si densæ positæ sunt, omnes masculescere ajunt. Quod idem futurum etiam si in terra vitijsa severis. * Qua de Qua de causa semine fatas plantatim transferentes deponunt. Semen quoque deterius meliusve visu percipi potest. Quod enim probum sit, tenue senties: quod vitijsum, crassum. Gaudet frigoribus & rapa & radix, & sic eas dulcescere putant: simulque incrementum in radicem non in folia verti. Aufstrinis atque t serenis temporibus celeriter caulescunt. Hoc igitur rationem sane exigit, t Tepidissimam in ambobus differentiæ similitudinis constant. Brassicæ aurem trifariam datur divisio: aliam enim crispam, aliam lævem, aliam sylvestrem notarunt. Sylvestri folium leve, sed parvum, atque rotundum: & ramis foliisque permultis condita est. Ad hæc succum t asperum, & instar Aerem medicamenti habet. quamobrem eo medici ad alvum purgandum sape utuntur, & * illud differuntiam facit. Genus enim quoddam eorum est, quod nullum aur parvum semen producat. In totum crispa succi bonitate & folii amplitudine, lævi præstantior est. Inter betas vero candida sapore nigra præstantior, pauciorumque seminum est; quam Siculam quidam appellantur. Pari modo in genere lactucarum, candida dulcior atque tenebris. t Cujus tria genera addunt, laticaule, rotundaule, & Laconicum. Huic folium t carduo simile: & recta, * ampla, & à caule minime brachiata hæc est. Inter fatas adeò quædam laticaules sunt, ut pro t valvis hortorum hisce non nulli utantur: Quæverò lactis ad modum copiosa, & folio pusillo, & caule candidior est, sylvestri simisis est. Apiorum cum in foliis tum in caulis discrimen utique constat. Aliud enim folio spissum, t densoque, aliud rariori, latiorique, t caule que majori. Horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei, aut versicoloris: verum ad summam, ejusmodi omne sylvestri proximum est. * Cucumeris atque cucurbitæ partim genera esse existimant, partim negant. Quemadmodum & in radicis ac rapæ generibus; sed in uno t Et denso eodemque genere alias meliores, alias esse deteriores affirmant. Cucumeris genera tria notant, Laconicum, Scytalium, Bæotium. Ex his Laconicum melius rigatum evadit: reliqua non rigata præstantiora sunt. Differunt & cæpæ & allia generentur, huic nere. Sed cæparum genera plura, ut quæ à locis nomina accepere: t Gardiae, Cnidiae, Samothraciae: item Setanicæ, & Fissiles: & Ascaloniæ. Ex his Setanicæ minimæ, sed admodum dulces. Fissiles vero, & Ascaloniæ, tum cultu, tum natura inter se differunt. Fissilem etenim hyeme sua cum coma inertem relinquunt. Vere externa folia detrahunt, & reliqua colunt. Detractis his foliis, altera germinant, simulque inferius finditur: unde t Solæ non fissiles. hænda folia censem, ut vim suam imo contineant, neque effusæ seminescant. Ascaloniarum pecularis quædam natura notata est. Etenim t folæ fissiles, & quasi steriles ab radice sunt, nec ea parte crescere, ac proficere possunt. Quamobrem non eas deponunt, sed semine ferunt. * Cum deinde liquis celestis

απέργον αὐτά καὶ σπείρωσιν ἐπὲ τῷ οὔτε εἰδόγεν
βλασησῃ μεταφυτεύστε. πελεῖται δὲ τοῖς ἀλλοις πα-
χέως. αἱθ' ἀμάρτια τοῖς αλλοις οὐτε περού ἐξαρτᾶται.
πολὺν δὲ χρόνον ἐσθένει στὴ γῆ σῆπεται. Φυτυζόντος
δὲ καυλὸν ἀφίησι καὶ πέριμα φυει μόνον εἴτα κανγάται
κατέπινεται τὰ ταῦτα καὶ τοιάντις η Φύσις. Διαφέρει

δέ ένεις Στοιχείωμα πν. Τόποι νήσοι μηδὲ αλλα όμοια
της λευκοΐς. λευκά ἡ σφόδρα τῇ ξενισθ. Φέρεν ἡ Φα-
σιν όμοια τοῖς Σαρδιανοῖς ιδιωτεῖται ἡ ή Φύσις η τῆς Κρη-
τικῶν. οὐδετέλεστα δὲ τρόπου πινά τοῖς Ασκαλωνίοις,
εἰ μὴ σφραγίδη η αὐτή. οὐκοτιγέρα εἴτι π γένος, ο σπε-
ρομενον μὴν είριται ποιεῖ. Φυτεύουμενον ἡ καυλὶς καὶ σπέρ-
μα. κεφαλειών ἐπιτρέψει. γλυκὺ δὲ τῷ χυμῷ. ταῦτα καὶ
οῖον αὐτά πάλιν εἶχε τοῖς αἷλοις. απαντᾷ γερὸς Επιγρύ-
μενα Επιβελτίων καὶ θεάτρων οὐδεργίνεται. πάντα τῇ Φύσει
μετ' Αρκτίδον ἐπιθερμής φύσης τῆς γῆς. σπώται τὰ οὐδατα
πεφυτευμένα, καταλαμβάνει. καὶ ὅλα δὲ Φύεται τα
καὶ διαπινόμενα αὐτῷ τῷ κεφαλέω. ἀλλὰ όμοια δέ
αι εἰκνευτήσις. αἵλη σκηνὴ τῷ κατώ γίνεται κρόμ-
μενον, καὶ ἡ τῷ ἄνω χλόη μόνον. ορέθω δὲ μισθιστεῖν ὄ-
λως, αἴβλαστές εἰσι. τὸ δὲ γήθυνον καλέσθιμον, αἴκεφα-
λέον τῷ καὶ αἴσπερ αὐχένα μακρὸν ἔχον. οὐδεν οὐδὲ η
Θλάσιος ἄκρει, καὶ ἐπικέντρεται πολλάκις αἴσπερ τῷ
περίσσουν. διὸ καὶ οὐ Φυτεύσθι. τὸ μὲν δὲ κρόμμια σχε-
δὸν τάυτας εἶχε τὰς ιδέας. τὸ δὲ σκόροδον, Φυτένεται
μὲν μικρὸν αὐτῷ τροπῶν η μετὰ τρεπτᾶς, διαφέρουμεν
κατὰ τὸ γένη. διαφορὰ δέ εἰσιν αὐτῶν, η τῶν οὐφύμων
παρεῖται περιώτα γένος. μηδὲ π τυγχάνει τριών. ο. π ἐ-
ξέγονθι ἡ μέρσης πληνεται. καὶ μεγέθεις καὶ μικρότητι. τ.
τὸ γένος τοῦ μεγέθεις γένος π διαφέρον εἰσι. μάλιστα μὲν τὸ
πλευρικόν. καὶ πεινον καλέσθιμον πιάγον. σπερ ωχέψιν, αἱλα
παρεῖται τὰς μυτιωτὰς κρανία. Εποτὶ τῷ τετραγωνι-
σὸν ποιεῖ τὸν ογκον σκαπτευματεργόμον. καὶ ἐπ τῷ μὴ ἔ-
χειν εἴσια τὰς γέληγες. η μὲν γλυκύτης καὶ ἔνωδικα καὶ ἔ-
ασθρότης χειρὸν αὐτῷ τὰς χείρας γίνεται, καὶ τὰς θερα-
πειας, αἴσπερ καὶ τῷ αἴλων. τελειώται τῷ δὲ σπερ-
ματος, αἱλαβρανέως. τῷ περιώτῳ μηδὲ εἴτε κεφαλέω
ηλίκη πεδίση λαμβάνει, τῷ δύστερον, τὸ γελδίσηται,
καὶ τῷ τετράφελον γίνεται. Επέδεν χειρον. αἵλη εἴσι γε
Επικάλιον φαστ τη πηκέ. τὸ δὲ ρίζης η γένεσις, ωχό-
μοίσι. τὰς σκορόδας ὅταν αἰοιδήσῃ η γελγάσι, κυρτάται
πάσι. καὶ συντάσσει αἰξηθεῖσα, διαφέται πάλιν εἰς
τὰς γέληγες. καὶ ἔξενός πολλὰ γίνεται τῷ πλεισθα-
τῷ κεφαλέω. τὸ μὲν κρέμμιον εὑθὺς σκηνὴς τοῖς είριται
ἄλλο καὶ ἄλλο αὐτοφίσται, καθάπερ καὶ Βολβοί, καὶ
σκύλλα, Εποτὶ πατέταιται. καὶ τῷ πατέταιται πατέταιται
Εποτὶ σκόροδοι, μηδὲ αἰσφερμάριων, αἱλαβρανέων,
πολλὰ γίνεται. Φέρφι μὲν φαστι Εποτὶ σκόροδον κεφα-
λαῖς ἐπὶ τῆς τοῦ σφύρηγγος, Εποτὶ κρέμμια. πελὴ μὴ
δὲν τῶν γένων ικανῶν εἰρίθεται.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI AD CAP. IV.

Gενὴ δὲ φασί. Hic falso negatur, genera esse diversa quorundam, siccirò dixit, φασί. Nam Ocyti genera multa sunt. Summa duo: *Latifolium*, & *alatum pusillo*. Gentilem vocant *Itali*. Prioris species due: *vulgare*, & *Aranciatum*. Olet enim *Arancium*; idque natura sua, manu satum nostra. Præterea blitum aliud *latifolium*, aliud non; item *Lapatbi* differentia eadem. Habemus etiam *nasturtium* non unum, & *erucam*. Et *Atriplicis* *Beta*que modos tres à colore viridem, pallidum, sanguineum. Lege, τετραρχοῦ φασιν ἐπανάγειν.

*Theodorus communem sequutus usum,
Radicis. Tamen hic cum dicat distingui foliis, & radici-
bus; Ob fugiendam ambiguitatem, malim Græca voce uti.*

germinatum sit, transferunt. Perficiuntur adeo celeriter, ut cum cæteris, aut etiam prius evelli possint. Plus temporis dimissæ in terra, putreficunt. Plantatae caulem edunt, semenque tantummodo fundunt: tum exinanuntur, atque inarescent. Harum igitur talis natura est. Differunt & colore nonnullæ. † Etenim apud Isum cætera qui-

colore nonnullæ. Etenim apud Iunum cætera quidem candidis similes constant. Sed colore candidæ admodum proveniunt, Sardianisque similiter ferre affirmant. Cretensium peculiaris maxime natura notatur; sed ascaloniis quodammodo proxima, ni forte vel eadem dici debeat. Est enim in Cre- † Apus
ta genus quoddam quod semine quidem satum in miles esse radice crassatur. Depositum verò, in caulem se- Iffum cæte-
ra similia
candida, sed
valde can-
didæ sunt,
ajunt & si-
sardianiss.
menque totum funditur: sine capite, saporeque dulce est. Id enim quasi è contrario cæteris habet. Omnes namque depositæ melius celeriusque perficiuntur. Omnes post Arcturum proveniunt, tepido adhuc solo, ut depositas imbras occupent. Seruntur & toto capite, & cicunciso, sed germinationes haud similes fieri solent. Parte namque inferiore cæpæ nascuntur: superiore herba tantum erumpit. Sectæ in rectum germinare omnino ne- † Posse.
Differunt
etiam in
magnitudi-
ne & par-
itate. Ge-
queunt. Gethym dictum sine capite est, & quasi longa cervice confitens. Ob id germinatio tota in fronde: sèpiusque retundetur, ut porrum. Qua de causa semine feritur id nec deponitur. Cæpas hiscè fere differentiis discernere licet. Allium ante solititia, aut paulò post solititia feritur nucleatim divisum. Discriumen eorum, quod aliud præcox, aliud serotinum. Est enim genus quoddam ejusmodi, ut sexaginta diebus perfici possit. * Et cum
teritur in
molem ad-
mirandam
flatu intu-
mescit.
Diferunt præterea magnitudine singulari. Cyprium vocatum maxime tale est, quod non decoquunt, sed in * moretis utuntur: & cum tunditur, mi- † Et craffi-
tudo ferè à
regionis
cultus quo
diversitate
videtur.
rum quam spuma increscat. Quid & illud differ- † In caput
crescit,
tentiam facit, quod quædam non nucleis coag- quantum
porro esse
confuerit.
mentantur. * Producit
Dulcedo autem, & odor, & craffi- † Evellan-
tudo, eorumque causa, tempore cultuque pene vi-
dentur contingere: etiam aliorum. Perfici etiam † Membra-
semine potest, sed tardè. Primo etenim anno na quoque
caput accipit porri, sequente discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum: nec quicquam deterius. Sed etiam quidam vel deposito melius id exultimant. Radicis autem allii aut cæpæ, haud si- qua invol-
vuntur tam
milis ortus fieri solet. Allii namque cum nucleus extumuerit, tota intorquetur: & hinc aucta in nu- allium quæ
cæpe, capita
five nucleos
ferunt.
cleos rursus discernitur, atque ex uno plura efficiuntur, dum caput consumiratur. At cæpe con- plura.
tinuo ab radice aliud, atque aliud * obducit: ut & bulbus, & scylla, & ejusmodi omnia. Etenim allia, & cæpæ, † si non evellantur, plura in dies fiunt. † Super fistula quoque, & allium capitari posse, & cæpe affirmant. Verùm de generibus fa- tis est dictum.

*Pigas ixxi ymri». Theodorus, Quæ vel stirpe constat
detecta: Obtundit sepe cum suo (vel). Ceterum nibilo
prudentius ludet nos cum tam sèpè sub stirpis appellatio-
ne radicem capit. Neque verò, extirpare, tam est radicem,
quam plantam vellere.*

Γλυκύπεια, καὶ ἄλλες. Sicut ē supra: ubi Theodorus omiserat alterum. Sane ἀδόξιον, est affectus saporis: γλυκὺ, species.

Φυτόν τοις ἐμφύσεσιν Εἰ πλατεῖαις Lege, οὐκ εἴπειν
μηχάλεις, οὐ πλατεῖας. Theodorus omisit hanc: aique am-
bitiosam vocem, plantatim, commentus est. Notabis, τέ
απογεμπομέσι, id quod exit ē femine. Et verbum, μεταφέρ-
ετις, hoc enim est auferre: φυτόν, exemplas deponere.
ιούθιας

Eubius. Lege, iudicauit. Neque dicas cum Theodoro, serenis sed tepidis. Nam Auster, iores, & frigidae venti. Hoc alii libris latius disceptatum est.

Tas ḥ μαράντις. Brassicam paucis nimium comprehendit differentias. Nos nigram habemus, & sparsam, & colligam, & capitam. Hic in hortis. & præterea agrestes. Hic opponit alios, & lato, male, si superficiem spectes. Sed ore ipsa considerandæ sunt. Est enim τελέσθις quædam orarum & ελέσθις. Hic θεωρος, Theodorus interpretatur asperum, pessimum. Plinii tamens sequutus est: Qui alibi saporem asperum appellavit. Verum id neque recte, neque ex usu Philosophorum.

Kai ἡτίεις. Theodorus id omisit. Fortasse significat, καὶ τίς φύση.

Εὐχυλάτερος ἢ τοῦ πυρλατού. Theodorus omisit conjunctionem, male. Etenim disiunctivam si ponas sine copulativa, videatur sensum disiungere. At non facit. Alba enim Brassica melior est. ita etiam Beta. Iccirco dixit, καὶ. & mox, αποστολος ἢ τοῦ θεοφόρου.

Kai θέρας χρήσθαι. Theodorus, pro valvis. Plinius ait, ostiola olitoria, non autem valvas. Ut postes intelligas, non fore, aut valvas. Ostium enim est vacuum inter postes antes, unde postes. ab ore ostium. Sicut janua ab hiatu, & porta à transitu. Valva autem, & fores, materie ipsæ, quibus inane illud oppletur.

Σοκούς ἢ τοῦ κυδονίου, τοῦ μὲν φασιν θεαγάνην, τὸ δὲ τοῦ κυδονίου. Rotundissima loquutio. Theodorus aliter transtulit. Cucumeris, arque cucurbitæ partim genera esse existimant: partim negant. Vtique attribuit, quod soli cucurbitæ Philosophus. & ponit diversa judicia æqualia de utroque. Theophrastus unicum judicium de diversis. Sententiam de Cucurbita falsam esse vulgo notum est. Earum genera summa non pauca, species etiam permultas in nostris historiis exactissime persequuti sumus. Sylvestria, Esculentæ. Sylvestria duo. Medicamentarium, & hoc pensilibus hortulis topiario receptum opere. Esculentæ generis vulgare, bybernum, indicum, & unum quod Melonis in modum extumentib[us] constat costis: apta figura sessile. Differencia in colore, figura, usi multæ.

Kai θηλοίον τῷ φύσῃ γνωστόν. Lege, καὶ θηλοίον φύσῃ. Στολὴ.

Μετέ τοι κοιμήστες ἀργεῖν. Nos sequuti filum orationis Theodori, emendavimus sic, Μετέ τοι κοιμήστες ἀργεῖν. Et pro, στολὴστοι, lego στολὴστοι. Animadvertisimus brevitatem. τοῦ δὲ πάντων θεῶν. Deest enim, αἴσαιστον, scilicet θεοπίνευ.

Mora γδε γεγονεῖ. Si ita est, τὸ χρῆν, non est genus distinctum ab Acaloniis, sed affectus. Quare duo tantum genera suprà fecerit, sic. & στολὴ, & στολὴν. Si ita sit, nequeat Theodorus addere conjunctionem ad hunc modum, & Acaloniæ. Verum non sic se habet res. Nam mox τὰ στολὴν, καὶ στολὴν. Itaque addenda negatio, sic, μόνα γραπτα. Et recte: quia illico subdit: τοῦ μετεπιπλεόντος τοῦ πίζης. Est igitur mendum in libris, & error Theodori. Plinius qui Graeca voce usus est tanquam proprio nomine speciei, non tanquam appellativo: Schista enim vocat: cum hæc interpretaretur omisit illa, μόνα γδε γεγονεῖ. Et reliqua posuit: velut steriles sunt ab radice. Leges igitur ἀργεῖα: non, αἴσαιστοι.

Στολὴστοι ἢ στολὴστοι. Hæc omisit Theodorus. que ta-

men necessaria sunt. Nam si cum aliis eximuntur: & ait eas celeriter perfici ergo serui satæ sunt. Nota loquitionem. πλεύτης ἢ τοῖς ἄλλοις ταχέως. Theodorus omisit τοῖς ἄλλοις, quia mox ait, αὐτοῖς τοῖς ἄλλοις.

Εὐνήσ. Theodorus legit, ιτε. Apud Plinium scriptum est, Samo. τὰ μὲν ἄλλα ὅμοια τοῖς λευκοῖς. τὰ μὲν ἄλλα, scilicet figura & magnitudine, & quæmodi: colore autem illas superare. Iccirco addidit, σφέδη.

Κεφαλὴ ἢ τοῦ λαβῆ. pone κεφαλὴν.

Διατελέσθαι τοῦ γένους. Theodorus, nucleatim divisum. Nam Plinius nucleus appellat. Scribendum est, τοῦ γένους, quia γένον, etiam dicuntur. Itaque etiam mox, τοῦ γένους. Quod dum volunt mutare in, γένεις, corruperent. Sic infra γένοδεται.

Καὶ μετέπειτα, τοῦ συνεργοῦ. Altera differentia. Nam unam dixit jam. τοῦ συνεργοῦ. Et mox, τοῦ ἐν τῷ μὲν ἔχει τὸ μὲν γένον. Itaque Theodorus male omisit. Sic igitur quæ sequuntur scribes. Καὶ γένεις τοῦ μετεπιπλεόντος πλεύτης:

Μυδιττος. Quid sit, Dioscorides in secundo. Athanæus in septimo non semel. Suidas interpretatur ex allio, caseo, ovo. Pulmentaria ruris appellat Plinius. Hermolaus ab odoris fastidio dictum prodit; male sequetus grammaticos: potius ab acrimonia, τοῦ μὲν τοῦ μετεπιπλεόντος. Theodorus atque Hermolaus Plinius verbis, ὄχη, spumam sunt interpretati. Sanè vox illa, πνευματεύος, ita persuasit. intumescit concepto spiritu.

Η ἡ γλωττης. Theodorus addit: Eorumque causa, male. Neque enim causa à tempore, aut cultura est, sed ipsummet tempus, causa. Mox ἄλλως σερενεῖ. Theodorus, caput accipit porri, non infuavi quidem oratione. sed periculosa, tamen apud exercitatos in historia Plantarum. Quippe qui notam habeat transitionem, atque transformationem plantarum in plantas alias; ex his verbis putet, ex allio porrum fieri. Itaque ἄλλως, sic circumscribemus. In caput crescere, quantum porro esse consuevit. Plinius quoque circumspectus. Porri crassitudine capite efficitur.

Tūs δέ πίζης ἢ γένεις εἰς ὄψιν, Theodorus addit, allii aut cepa.

ωδεφίνη, Theodorus, obducit. Melius producit. Nam, ob, hoc in verbo significat, circum.

Φίρει διὰ φασι καὶ τὸ σκόροδος ιτε τὸ φύγεγγον τὸ σκόροδος, καὶ τὸ κορμίνα. Corrupta, & omittenda potius, quam distorquenda. Theodorus legit στερεός. Ne scio ramen quomodo supposita fistula ferat allium: neque consiliis rationem scio. Et ambitiose φίρει, capitari. Ex Plinio nihil horum colligere quivis. Ejus error est, qui allii differentias à tempore agnovit. Principio ipsem Vlpticum sub diverso ponit genere. Habemus nos majorem amplitudinem, quam quantum vola capi possit. Deinde duo genera videmus: alterum candidum, marinum vocant: ulterum rubidum, duriore callo, sapore, & odoro, longè aciore. Tum autem hymalibus generationibus longè minus obnoxium. Præterea est in Ægypto allium, quod nucleatum non est, sed solido constat capite. Ita erravit Plinius. Nam cum ex Theophrasto colligeret hæc, quod cœpit, non perfecit. Theophrastus enim & à tempore τοῦ συνεργοῦ τοῦ περιπλεόντος: & à magnitudine, τοῦ κυπετοῦ. & ab usu, στολὴστοι. & ab accidente, πνευματεύοντος. Et quæ est differentia, aut substantialis, aut non longe diversa, τοῦ μὲν τοῦ τοῦ γένους. Plinius duo tantum, tempus & magnitudinem: etiam despuma addit, quod diximus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTE ET COMMENTARIUS.

In di τοῦ μετεπιπλεόντος. Genera plantis aliis plura, aliis nulla esse ait. Inter ea quæ generis nullam admittunt diversitatem recenset quædam, quorum ipsi Græci generum diversitatem agnovere. Ruræ plura genera etiam antiquissimos Græcos observasse, quis negare ausit? Idem de ocymo, blyto, rumice, nasturtio aliisque dicere licet. Quod cum animadvertisset Gaza legit τοῦ δὲ οὐκ ιτε. Ταῦ δι τοῦτον γένος οὖσαν σκληρούν. Hanc lectionem veram non esse, ex iis quæ sequuntur probatur, τοῦτον γαρ οὐ φασιν τοῦτον γένον δι γένον τοῦ δὲ αἰσαιστοῦ πλεύτη τοῦ δὲ οὐ. In Basileensi locus hic corruptus extat τοῦτον γαρ οὐ φασιν τοῦ δὲ οὐ. Vulgata lectio in altera etiam Aldina editione extat, nisi quod pro γένον γένον legatur. Theodori ergo lectio tolerari non potest. Theophrastus ut nodum hunc effugeret, addidit φασιν, jam enim alios hoc scribere indicat, se autem tacitè arguit id non approbare.

Καρδιάμου. De Nasturtio hoc capite agemus. Græci καρδιάμου vocant, ut quidam volunt; quasi καρδιάμου, quod colore & acrimonia sua caput tentet. Hoc etymon

parum arridet. Contrarium docent Plinius & Cassianus Bassus. Plinius lib. xx. cap. xiiii. E contrario nasturtium Venerem inhibet (contrarium apud Dioscoridem legitur). Εὐμένη φερεῖσθαι, ίμπητη κινήση, σωεντιανη παρερμάνων, τοῦ δὲ στοπέων τοῦ γένους. Fatus in utero necat, menses citat Venerem stimulat. Est ei denique natura sinapis & erucæ seminis similis. Apud Dioscoridem ne mendi quidem suspicionem imaginari possum: Plinii lectionem improbare nequeo, quod idem apud Cassianum legatur bassum lib. xi. cap. xxvii. Αὐτοῦ διατομῶν δὲ τοῦ περιπλεόντος ιτε (ita ex MS. lege codice) res Veneræ magis cobibet. Utterque conciliari poterit, si dicamus, nasturtium modicè sumptum propter acrimoniam Venereas libidines excitare, immodiæ vero, propter dissipantem vim & calfactoriæ acreum dissipare spiritum, atque ita inutiliter reddi Venerem. Possem & aliud adferre, recens natum nasturtium calidum & humidum esse, saltem non primum fuscitatis gradum excedere. Ad Plinium revertor) animum exacuit, ut diximus, duo ejus generæ. Sequitur. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat. *Vifum*

Emungi, & status videri plenos. Turpe etiam ducitur, si quis appareat quoquam ire aut mejendi, aut cuiusquam bujusmodisrei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possebant, nisi & victu modico uterentur, & humiditatem per laborem consumerent. Quo sit, ut ea alio quopiam secedant. Hinc apud Suidam legitur, καρδαμόνητητεπούσιν, τὸ καρδαμόνητητεπούσιν δέ τοῦ φυτοῦ πίπερος χειρίσθαι. Φυλατθεται τὸ πολλὰ πτυχεῖν εἰς δύοτε, τὸ δὲ πτυχεῖν εἰς δύοτε. Id est Cardamum nasturtiū significat comprimere urinam, & oris superfuitates compescere eo nomine designatur. Persæ idcirco plurimo nasturtio vesci consueverunt, quandoquidem eximiæ præcavent urinam emittere, spuere, atque idem emungere. Hac si pollet facultate naturium, præstat id, quod insigniter exsiccat, calfaciatque; qua ratione superfluum humor ad te trahit conlumisque. Scribit idcirco Ammianus Marcellinus lib. ix. Persarum cadavera velictus parcumoniam dutelectæ stipitum more, nec in sanie liquari: nostra vero mox cæsa tabescere, ac putreficere, ut mortui nullius facies post quadratum agnoscatur. Ad adagium revertor. Scribit vir magnus cur proverbio ιετακάρδαποι usi sint Græci, hanc fuisse causam, quod crediderint huic inesse efficaciam erucæ contrarium hanc vim vigoremque animi excitare, sed Venerem coercere, illam è diverso Venerem promovere, verum mentem hebetare. Hoc docere videtur Plinius lib. xx. cap. xiiii. ubi de eruca & nasturtio agit. Nam de Venere stimulanda diximus. E contrario nasturtium Venereum inhibet, animum exacuit. Supra dixi contrarium scribere Dioscoridem, nempe promovere Venereum nasturtium, quod etiam Simon Sethi probat. Φασὶ δι τοῦ ιδίωτη καρδαμοῦ ὀξύτερον τὴν διαβολαῖς ἐπιτοίχια καὶ αὐθερδοσιανό. Tradunt quidam, qui nasturtium estiaverint, sensu ac mente acutiorum fieri, Venerisque appetentiorum. Experientia & auctoritate Dioscoridis Simonisq; Sethi vir magnus fretus, scribit, vel Plinii codicem corruptum, vel Plinium nasturtii naturam non novisse. Utterque quomodo conciliari possit, supra dixi, nempe viride & recens natum nasturtium propter humorem, quem caliditati conjunctum habet, genitaram augere, Venereum libidinem pungendo, acredine sua excitare: idem arefactum, ac præcipue semen calidum, siccum, acre admodum fieri, eaq; de causa copiosius sumptum, semen, substantiamque semini destinatam fiscare ac arefacere, nec non dissipare spiritus. Hujus herbae saturam tradunt, quod plantarum in propinquuo nascentium humorem ad se vi quadam intima perliciendo cogat arescere. Aristoph. in Nub. act. I. Scen. III.

Οὐ γὰρ αἰδένη γῆ βίσα;
Εἴλκει πέρδες ἀντὴν τὴν οἰκουμάδα τῆς Φροντίδος,
Πάσχει τ' αὐτὸν καὶ τὸ κάρδαμα,
Τὸ φῆσθι Φροντίς εἴλκει τὴν οἰκουμάδα εἰς τὰ κάρδαμα.

Etenim vi sua
Tellus humorem notitiae ad se detrahit :
Quod idem a iunct accidere nasturtio.
Quid a iis? notitia humorem ad nasturtia trahit.

Nasturtium quasi naftortium, vel nares tortium, dicitur à narium tormento. Varro in Pappo. *Nasturtium nonne vides ab eo dici, quod nasum torqueat?* *Vestis spicam quod vestes spiciat?* Huc spectat illud Moreti auctoris

Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu.

Nempe quod acrimoniae vi quadam singulari præditum est. Unde est, ut supra dixi, à Græcis ~~admodum~~ dictum esse quidam contendunt. Aristophanes in Vespis;

Οὐδὲ μων καὶ δικαίων καὶ βλεπόντων καρδιας.

Acrium & justorum, & oculis qui exhibent nasturtia.

Plinius loco citato. *Nasturtium nomen accepit à narium tormento.* Recentiores nasturtium à Nicandro apud Athenæum lib. xv οὐώπη dictum fuisse contendunt, & οὐεῖσθαι, ubi Agefisai coronam vernaculam ex Saura fuisse canit.

Σάυρηντ^η χθόνιον πέφαται σέφ^Θ ηγεσιλίου.

Corruptus versus. Scribe. Σωμὴ τὸν χρόνον πίφασι σέφε.
ηγασιλάδειν. Frustra vir magnus rejecta initiali litera in fi-
nēta

nem vocis præcedentis legit. Αἰρητικής τε καὶ χθονίου πίστας
εἴρηται Αγεσιλάου. Quam probabilis, inquit, conjectura,
εἴπει πρὸς αὐτὸν, vel αὐτὸν? neque aliena vero, ut arbitror
sententia, videntur enim veteres è lolio mortuis ferta & co-
rtonas texere soliti. Non semel apud Virgilium legas, in felix
lolum. Quod ad morem hunc referri potest. Ignoravit vir
summus οὐρανὸν herbam fuisse. Hesychius. Σωεῖδος πόσ-
τερον επένδυτο ζώον. Ex his quidem constat οὐρανὸν herbam
esse, sed non qualis sit. Interpres Athenæi nasturtium
interpretatur. Sic enim versum citatum vertit. Nec na-
sturtium quam Agesilai vernacula fuisse coronam ajunt.
Αντικαὶ διctum nasturtium quod instar lacertæ mordeat
sua acrimonia. An quod lacertæ hac herba delectentur.
Apud Hippocratem οὐρανὸν mentio fit, & nasturtium
exponunt lib. de ulceribus. Τοῦ κυριού τοῦ φύλακα, μαρ-
τινὸν φάσι οὐρανόν. οὐρεῖδος εἴρηται λίνον καρδανὸν τοῦ θερμού
τοῦ λεπτού. Vertunt, Rubicanini folia eo modo quo lenticu-
lam præparare, vel nasturtium (οὐρεῖδος dicitur) vini &
lini semen contritum commiscerunt. Alia videtur senten-
tia Galeni in Glossis, ubi scribit. Σωεῖδος, καρδανός οὐρ-
ανός, διπλῆς καρδανού τοῦ σχῆματος, ἡ οὐρανὸς καρδανού
μούλην. Sauridion, Cardamūs herba à figura similitudine,
eadem & cardamum vocatur. Clarius Erotianus. Σωεῖ-
δος οὐρανὸς καρδανού τοῦ σχῆματος, καρδανός οὐρανός. Εἰ δὲ θερματι-
κὸν τὸ δυνάμειον. Sauridion nonnulli cardamida appellant, na-
sturtio similem, facultate calfactivam. Si nasturtio similis
planta sauridum, ipsum nasturtium esse nequit, Clari-
hoc Erotianus. Ego, salva meliori sententia, οὐρεῖδος pu-
to esse plantam, quam ιγνεῖδα & καρδανού τοῦ
vocari scribit Dioscorides, ac pro καρδανού τοῦ apud eundem
καρδανός scribendum reor vel καρδανόν, ut apud Άetium
legitur, ex sententia Cornarii; qui hunc Άetii locum
pag. IIII. tetrabiblio IIII. serm. IV. cap. II. citat, ubi hæc
habentur. De herba iberide, quæ & cardamine ap-
pellatur, ejusque finapismo cap. II. Quod si vestigium
quoddam affectionis relinquitur, herba iberidis quæ
& cardamine appellatur. Ita interpres Latinus verba A-
ttii vertit. Quomodo in Graeco codice legantur, ignoro.
Άetii pars hæc nondum Graecè impressa. Non tam
dissimulandum, tetrabiblio prima, sermone IIII. cap.
clxxxiv. scriptum est. οὐρεῖδος τοῦ καρδανού τοῦ
τοῦ καλέσαι καὶ λεπιδού. Ex quibus vulgariter lectionem
Dioscoridis non tentandam judico. Hac occasione, quia
in iberidis inciduntur mentionem, Marcelli codicem cor-
rigemus, Capite ergo de podagra XXXVI. hæc scribit.
Adpones herbam quæ in aquæ jugis decursu nasceretur,
quam Latini berulam, Graeci cardaminen vocant.
Scribo, quam Latini hiberim vel iberim vocant, Gra-
ci cardaminen. Vox iberis Latina est ab Iber, iberis, vel
iberis, quod in Hispania copiosa nasceretur. Simile
mendum apud Neophyton; οὐρανός, λεπιδού, καὶ ἀγριοκαρδα-
νού. Corrigunt Giesea. Scribo ex Egineta, Galeno, cæteris
Ιονίδαι, λεπιδού. Alibi ipse Neophyton καρδανός, οὐ δὲ κυρο-
καρδανός, οὐ δὲ ιβηρίς. Cæterum planta hæc nasturtio
facultate & facie adeo simili, ut à Galeno & aliis lib.
VII. ἀριστοκαρδανόν dicta sit, Galenus lib. X. κατὰ τὸν νόον vo-
cari scriplerit, οὐρεῖδα τοῦ πητού καλέσαι λεπιδού, οὐ ἀ-
ριστοκαρδανόν. Nasturtium autem ipsum οὐρεῖδον dicitum ex-
istimo, uti καρδανόν nasturtium, καρδανόν & καρδανός
planta minor, quæ nasturtium refert, sic οὐρεῖδον nastur-
tium, & οὐρεῖδον nasturtium parvum. Utrum autem
Hesychius οὐρεῖδον, an οὐρεῖδον scripsit, doctioribus ju-
dicandum relinquo. Probabile fit recentiores Graecos
pro οὐρεῖδον οὐρεῖδην, dixisse. Sed quid sit οὐρεῖδον ex He-
sychio tandem inveni. Non est Iberis, ut dixi, nec est
nasturtium, ut viri magni existimant. Thlaspi est. He-
sychius Θλασπίς πόστα (Scribo Θλασπίς, πόστα) οὐρεῖδον;
Thlaspi planta est, quæ & facie & viribus nasturtio proxi-
ma est. Porro ipsum quoque nasturtium καρδανόν dicitum
fuisse Auctuarii scribit auctor. οὐ δὲ κυροκαρδανός, οὐ
οὐρεῖδα, οὐ δὲ καρδανόν ακρα. Interpres legit, καρδανόν τοῦ
καρδανού τοῦ. Scribo καρδανόν δια vel καρδανόν καρδανού τοῦ.
Καρδανόν vel potius καρδανόν dicitum fuisse Nastur-
tium ex Plutarcho οὐρεῖδα iuburias. Animi tranquilitate con-
stat. Εἶτα τῆς ίσσον Διογένειον, καὶ καρδανόν ιπέρας γενίνεται,
πλὴν οὐχεῖται φίλα πάντα ποιούσα τῇ περιστρῇ. Οὐ γάρ κατέστιν οὐκ εἴ-
μολισ, καὶ οὐκέποιται ἀλλού Διογένειον οὐμερον οὐτοπορον οὐτοπορον
καρδανόν δια στεγαι περιφίλας καὶ περιθυμος. Morbo autem fu-
gato, aliaque facta temperie, Sanitas reddit, omnia grata re-
digens atque jucunda. Qui enim heri ova, amyrum, panem
& cibarium farina respuebat, hodie cibarium panem cum oli-
va & nasturtio comedit alacriter ac suaviter. Supra dixi,
Perfas pro obsonio vesci nasturtio. Quem etiam morem
apud Graecos obtinuisse testatur Galenus. γερός οὐκ εἴη

χλωρό, οὐδὲ τὸ μέτα τῆς οὐδεπάδινος οὐρεῖδος πάμπολυ, καὶ οὐτος οὐσιος οὐρεῖδος εἰς μάτηρα. Καὶ τῷ Σεπτεμβρὶ διπλεῖται οὐρεῖδας προτερεῖς οὐρεῖδας. Humidum vero ad-
huc, & virides propter aqua humiditatē admitionem, multo semine inferior est: (in caffaciendo & exlicando)
adeoque sic mordacitas ejus temperatur, ut cum pane eo
uti liceat, ceu obsonio. Eundem usum reebs statum na-
sturtium apud nos obtinet. Bativi enim cum pane &
butyro Majo mense frequenter nasturtium come-
dunt. Indutus & aceraris, veluti draco & eruca: atque
hujuscē causa maximē feruntur. Nasturtium variis in lo-
cis à Theophrasto describitur lib. vii. cap. viii. inter
ea numerat quæ semina ferunt firmiora. Lib. I cap. xix
succo constare acri scribit. Lib. vii. cap. I. quinto à fa-
tione die germinare, ex veteri melius provenire semine;
quodvis anni tempus ad ejus fationem commodum el-
se, hyeme excepta, celeriter nasci, & cito in caulem
assurgere, temenque perficere, attamen observatum
esse, serius satum non tam cito attollit. Dioscorides lib.
II. cap. clxxxv. ubi nasturtii vires recenset, nullas notas
tradidit; quod suo ævo nota satis planta; descriptionem
tamen ejus ex aliis capitibus peteret non ita operosum
est. Lib. II. cap. clv. syllymbrum alterum gustu nasturtium
repræsentare docet. καρδανόν διπλεῖται οὐρεῖδας τοῦ ιανου. Lib. I. cap. ult. tradit iberidem
folio esse nasturtii, οὐρεῖδα τοῦ φύλακα παραγόντα καρδανόν. Eodem
capite scribit. Εχει δέ πίστις παρεμοιας καρδανόν θερματικός
καὶ καρδανός, Radices binas habet nasturtio similes calfa-
ciendi & adurendi vi præditas. Hoc aliter Damocrates
& Άetius.

Τοῦ οὐρεῖδα οὐρεῖδας οὐρεῖδας οὐρεῖδας
Μάλιστα πάντων καρδανόν προσεμφέρετο.

Odorem habet radix & inde acerrimum
Vere similem quam maxime nasturtio.

Άetius lib. I. πίστις δὲ οὐρεῖδας οὐρεῖδας καρδανόν. Radices na-
sturtium odore referunt. An itaque scripti Dioscorides
ιανος διπλεῖται οὐρεῖδας τοῦ οὐρεῖδας καρδανόν; An vero de gu-
stu verba Dioscoridis intelligenda sunt. Vulgata lectio
apud Oribasium reperitur. Sed uterque codex corrup-
tus est. Idem Dioscorides lib. II. cap. clxxxvi. de e-
rysimo εἴδει τοῦ καρδανού μικρού, καρδανόν τοῦ φαλάνον, πα-
ρόδη κατεπεινόν τοῦ γάνου. Quibus exigua concluduntur semina
nasturtii similia, fervidoque gusto. Theophrastus, ut
supra dixi, inter ea recenset nasturtium, quæ generis di-
versitatem non cognoscunt. Dioscorides tamen varia
genera nasturtii novit, quod ex his verbis constat. Καρ-
δανόν καρδανόν οὐρεῖδας τοῦ λικανού διπλεῖται τοῦ βαλνού τοῦ καρδανού πάτητος
οὐρεῖδας τοῦ περιστρῆ, δρυς, καρδανόν καρδανόν. Nasturtium op-
timum constat esse Babylonicum: cuiusvis autem nasturtii
semen ex calcificat: acre est & stomacho inimicum. Nicander
non quidem Babylonicum laudat, sed Medicum: credo
quod propè Medicum sita sit Babylonica, vel quod sub
Medorum quondam potestate fuit.

Πολλάκι δὲ πέπερι καρδανός νέον, η δοτὶ Μήδων
καρδανόν αἴματος.

Sæpe recens etiam piper, aut nasturtia tunde
Medica.

Scholia st̄tes. Καὶ τὸ ξέπλι μόδιον διπλεῖται καρδανόν, οὐρεῖδας οὐρεῖδας
αλλὰ περισσός φησι. Cum dicit Medicum nasturtium non
intelligit Babylon. sed Persum Contrariū credo, quod
Dioscorides lauder Babylonicum. Perficunt qui com-
mendant repperi neminem. Plinius Arabicum præferre
videtur. lib. xix. cap. viii. In Arabia mira magnitudi-
nis dicitur gigni. Idem lib. xx. cap. xiii. duo nasturtii
genera describit, albidius, & nigridius; illud sativum,
hoc sylvestre: optimum tamen Babylonicum esse tradit.
Recentiores dividunt in hortense, pratense, aquaticum
& montanum. De pratensi alibi egi, ut & de aquatico.
Hoc capite de sativo nobis sermo. Angusta, laciniata, ac
dissecta, non tamen magna sunt nasturtio foliola: cauli-
culi rotundi, pede altiores, flosculis primū albidi,
deinde valvulis parvis rotundisculis gravidi, in quibus
semē rufō colore rubens. In hortis feruntur; quocunque
provenit solo, præsertim si rigetur. Notandum, ante-
quam caulescat, nasturtium habere folia modicē lata, di-
visaque: postquam caulem edidit folia mutare, ac ob-
longa,

Nasturtium hortense.*Nasturtium Babylonicum.*

longa, tenuia, diti longitudinalis et quantia fieri. Folia quoque sunt vel latiora, vel tenuiora, majora vel minoria, laeviora, albidiora, subhirsuta, magis minus que divisa. Reperitur & crispum, cuius folia sunt crista. Hoc genus quidam, nescio qua auctoritate ducti, Babylonicum vocant. Alii drabam Dioscoridis, nasturtium vocant Babylonicum, alii Orientale vocant. Et Nasturtii generibus annumerari debet. Describitur à Dioscoride, lib. II. cap. clxxxvii. Δράβη η πία πίχεως ἵκεντες, ρύθδους ἀπτήσις. παρ' εκάπερ οὐ τὸ φύλλον ματερί λεπιδίου, απτηλάπτερο οὐ τὴ λεπιδόπτερο, ἐπ' ἄλλον οὐ σκιάδον καθάπτερο σκῆνε (forte σκηνη) ἵκεντες ἀπτηλαπτερά. (vulgati codices λιπτα, quam lectionem probat Manardus.) Draba herba adcubiti altitudinem affurgit, virgultis, & foliis ex utroque latere ceu lepidii, sed mollioribus & candidioribus. In caeruleo vero sambuci umbellam gerit, candidis floribus praeditam. Caput hoc legitimum Dioscoridis esse negant, & his probant argumentis I. quod Draba nec Græcum, nec Latinum sit vocabulum. II. Quod nec apud Oribasium. Galenum, Eginetam, Etiam drabæ fiat mentio. III. Quod in M.S. Græco exemplari in secundo hoc libro bis ejus reperiatur descriptio, ac primum post thlaspi, dein post glasti capitibus ad libri calceem; quo loco non draba sed arabis legitur, eademque illi adscribuntur quæ drabæ. Etiam inter notha Aldini codicis hoc caput cum arabis descriptione reperitur. Ad hæc argumenta uno verbo respondetur, verum hujus plantæ nomen non esse drabam, aut arabam, sed Cænon; quod vel serie alphabetæ Oribasii probatur, qui Brabæ omnia illa adscribit, quæ Dioscorides drabæ. Bædæ dicitur, τὸ δὲ τὸ βαρβῖτεν quod palmäferat, superetq. sua præstantia reliquas plantas obsonio dicatas. Cordus Plinium dryophoni nomine brabam describere existimat lib. xxvii. cap. ix. Ubi postquam de dryopeteri egisset, hæc refert. Dryophonon similis herba est, caulinis tenuibus, cubitalibus, circumdati utrumque foliis pollicari amplitudine qualia oxymyrsines, sed candidioribus, mollioribusque, flore candido sambuci. Brabam, sive potius drabam Dioscorides folia ferre lepidii ait; quæ cum oxymyrsines comparari possint norunt Botanici. Pro draba habent plantam, cuius imaginem exhibemus. Folia hujus lepidii similia sunt, quandoque dentata, aliquando non dentata, molliuscula, colore albescente, hirsuta, radicem ab ima umbellis tenuis vestientia; caulem habet cubitalem fermè, exilem; flores in umbella albantes, sambuco similes, attamen minores;

semen acer, subrotundum, albidum, milii magnitudine, acriore & ferventiore gusto, quam planta: radice albida & nonnihil tuberculis interdum extantibus. Mature admodum floret, ad Martii, & Aprilis mensis usque finem; sæpe Maij. Clarissimus Dodonæus aliam

Draba Dodonæi.

plantam

Plantam drabæ, vel potius braba nomine exhibet, quā vulgo thlaspi Candia vocant. Draba, inquit, caule aſſurgit pedalis altitudinis, aut proceriore, in tenues ramulos ſparſo: foliis oblongis, angustis: ſaſtigiantibus muſcariiſ ſloſculis ē ceruleo rubroque permixtis, utriſque diſluti, eleganter purpurascenſtibus: ſuccedunt theca parvæ, infracñe alterius thlaſpi vulgaris magnitudine, in quibus ſemen ſimiliter acre veluti naſturtii. Hujus verò ſpecieſ quædam ſloſculis in umbellis candidis, veluti ſambuci. In hortis apud nos colitur. Sponte in Pannonia ſuperiore, Austria nunc dicta, locis incultis, & ſecus vias hæc naſcetur. Iulio ac Auguſto mensibus florem ac ſemen profert. Cur Thlaſpi dicatur, docet Galenus lib. I. de Antidotis cap. xiv. ubi quodnam thlaſpi optimum ſit praefcribit, & quoſ genera praeftantiora eſſe tradit. Mōrē δὲ τεῖναι ἐπὶ θλάſπης ἀναρχεῖον iſi, ἐπειδὴ καὶ σχόλιον αὐτῷ εἰ μεβάθυν-
τι, τὸ ἐπὶ τῆς Κέρκης Φεγγανον, καὶ τὸ παγγάλιον γαννανον,
ὅπῃ iſi τῇχος μὴ μήχρι εἰναῖον, τῷ σχήματι οὐτοῦ τοῦ δοτὸς Καπ-
παδοκίας κομιζόμενον εἰμέναιον, τῇχος μὴ iπ̄τι μελάντερον διπε-
καρηκὸς παμπολον, τῷ σχήματι δὲ αἰχλαῖον τρογγύλον, καὶ τὸ με-
γάριον πολλῷ μᾶλιστον, τὸ καὶ τὸ προσεγγάνων, τὸ δὲ τὸ μέρος εἰνι-
τοῦ, ἐπὶ οὐτοῦ θλαſpi πικροῦ, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοπάθη θλάſpi. ζεῦτα τα-
ῦ πατερ καὶ τοῦ ποντοῦ καὶ ἑπερθονοῦ Καππαδοκία παμπολον, αὐτε-
στὸν ἀπόλετον τὸ δοτὸς Καππαδοκίας Φεγγανον ἀριστον, iſi, ἀλλὰ τὸ
iδίου σὸν αὐτῷ γενναμένον, αὐθούσιον δὲ τὸ Κερκηνὸν, τὸ μελλαζό-
γε τῆς Υἱού Φυομένη. Postrema corrupta eſſe vel Graecæ lin-
guæ parum peritus videbit. Scribe ἀλλὰ τὸ iδίων σὸν Ταῦ-
ειρ γενναμένον. Hoc unum prætermittere nequeo, utuntur om-
nes ferè thlaſpi, quod ē Creta adfertur, aut ubique na-
ſcitur, colore inter luteum & ruffum medio (id eſt, ex lu-
teo ruffum) figura rotundum, exiguum, adeo ut grano mi-
lii cedat: melius autem eſt ē Cappadocia allatum impona-
mus, (Theriace) Hoc ad nigredinem quam plurimum incli-
nat, figuramque non exacte rotundam habet, & ante di-
ctum magnitudine permultum ſuperat, atque ab uno late-
re parvam quandam veluti compressionem präſe fert, unde
& nomen obtinuit. Provenit autem ut hoc, ſicut & illud
in Cappadocia quam plurimum, ideoque non absolute quod
illinc aſportatur optimum cendendum eſt: ſed quod pecu-
liariter in Sauro (ita interpres, verte in Tauro Cappado-
cia monte) naſcitur, nec Cretico, nec paſſim naſcentiſ ſimile.
Nomen ergo accepit δοτὸν θλάſpi, infringere, à fructu forma
qui veluti infractus & confuſus eſt. Huiusmodi thecas quia
draba ſive braba à Dodoneo deſcripta fert, non inepte ad
Thlaſpi clafem reſerri potest. Thlaſpi deſribit Diſcoris-
deſ lib. II cap. clxxxvi. Θλάſpi οὐτόνοις iſi ſevidi τοῖς φύ-
λοις ὡς δικτύου μῆνις, πεπτικότερον iπ̄τι τὸ γῆς, αὐτοχθόνον,
ιππολιπτέρον, καὶ ὡς οὐ λεπτὸς αἵριος διαπημαῖον δέπουνάδας
οὐλίας iχθεῖς, καὶ οὐδὲ ἀντὸν καρπὸς τῶν θλάſπων iεπ̄τι αὐτοῦ. Οὐ
διπεριματον ἴμφεις καρδάρεν, διπονεδίς, διονεὶς σοτεύλασμάν
(ἔπει τὸ οὐρανοῦ οὐχικόν) αἴθοντο δὲ ιππολευκον σὸν δόδιον καὶ τὸ τοιχον
& τὸ θρυκλὸν Φυομένον, αὐτίκα δριεύ, θερματινόν. In antiquo
codice legitur, Οὐ δὲ σικηπὶ τοῦτον οὐτονοῦ θλάſpi. Alius in
marginē addidit πολεμαλιναχον, quod huic non competit.
In eodem antiquo codice pro diapημαῖον, αὐτομαῖον legi-
tur. Οὐ pro iων τοιχῶν οὐ iπ̄τι θρυκλὸν leni diſcrimine οὐ θρυκλὸν
οὐ πάφεις Drag. θρυκλὸν οὐ πάφεις. Thlaſpi herbula eſt an-
guſtin foliis, digitali longitudine, in terram versis, in ca-
cumine diuīſis, ac ſubpinguisbus. Cauliculum autem emittit
tenuem, binum dodrantum altitudine, cui pauci adnaſcun-
tur ramuli: circa verò iſipsum totus fructus eſt, ſumma ſu-
parte modice latus: quo ſemen includitur exiguum, naſtu-
rio ſimile, diſci effigie, veluti infracñe compressumque,
unde & nomen accepit. Flos albicat: Naſcitur in ſemitiſ,
parietiſ ac ſepiib⁹. Semen acre, excalfaciens. Ceterum
Plinius & Ruellius pro diapημαῖον, φανγεῖd̄ legerunt, hoc
eſt, lenticula formam referens, ſumpta tamen (ut obſerva-
vit reū Iani Saracenus) lenticula voce (veluti & φανγεῖd̄
apud Graecos usurpat) pro eo vafis genere, quod ad lenti-
culæ modum conformatum eſt. Sic & humor crystallinus
apud R̄tium, ωρέα alias φανγεῖd̄, alias diapēd̄ appellatur.
Plinius lib. xxvii. cap. xliii. Thlaſpe (ita & in an-
tiquis codicibus legitur, puto ſcribendū ex Diſcoride
Galeo, & aliis thlaſpi) duorum generum eſt, angustiſ fo-
liiſ, digitali longitudine & latitudine in terram versis, in
cacumine diuīſis, caulinco ſemipedali, non ſine ramū, pel-
tarum ſpecie, ſemine incluſo lenticulae effigie, niſi quod in-
fringitur, unde nomen. Flos albicat. Naſcitur in ſemitiſ
& ſepiib⁹. Semen asperi (acris Diſcorides) gustus, bi-
lem & pituitam utrumque extrahit. Thlaſpi plura ge-
nera inveniunt recentiores. Vulgatissima & proximè ad
Diſcoridis codicem accedentia Dodoneo deſcripta hæc ſunt
Primum latiorib⁹ eſt foliis atque oblongis, utroque
margine nonnihil inciſis: caule pedem alto, non abſque ad-

natis ramulis; circa quos ſloſculi primum albidi, poſtea ve-
ro plane, rotundiſculæ valvulae, ſuperiore parte fiſſæ ac
infracñe, in quibus ſemen nigricans, acre ac fervens gusto,
allium etiam nonnihil reſipient, radix tenuis eſt. Alterius

Thlaſpi ſumma genus.



Thlaſpi ſecundum genus.



folia minora sunt & acuminata, caulis similiter ramosus & paris altitudinis: cauliculis quoque ramosis, flosculi albidit, valvulae plane, rotundae ac infractae, sed minores multo: semen acre, mordax, nasturtio simile. Tertium caulinis tenuissimum est, sed magis ramosum: folia exilia, valvulae minimae, semen valde exiguum; non tamen minus quam superiorum dacre aut fervens; juxta vias, sepe in agris, locis non raro saxosis ac incultis thlaspi gignitur. In Bohemia & Germania frequentia sunt, nec Batavia iis destituta est: Rheni saxosam amant ripam. Primum genus *bisectum* erupt/ & scorodo thlaspi in Batavia vocatur, tertium genus bessestrupt. Supra cap. de nasturtio probavimus Thlaspi esse *σπερμόν* cuius apud Hippocratem fit mentio. Porro & aliud Thlaspi genus Dioscorides ad finem capitis describit, quod thlaspi Cratevæ vocat. ιωνοὶ ἐκ Καρπίας καὶ ἔπειρος Θάσου, ὁ πειρί Πειραιῶν καλέστ, πλατύ φυλλον καὶ μεγάλορίζεται. i.e. Porro alterum etiam thlaspi recentet Cratevæ, quod aliqui Persicum sinapi vocant latu foliis & radicibus magnis. Plinius loco citato. Alterum thlaspi, Persicum napi (vetus sinapi, quod idem) latis foliis, radicibus magnis, & ipsum utile ischiadicorum infusioni. Difficile ex paucis his quispiam judicabit, quodnam Cratevæ thlaspi sit. Clarissimus Dodoneus violam latifoliām, sive bolbonac thlaspi Cratevæ esse existimat. Folia, inquit, viola latifolia promit, virentia, lata, per ambitum crenata, alliariae vocatae herba similia, sed majora: caules rotundos, ramosos: flores leucoi, colore purpureos, subcæruleos; quos sequuntur latæ, plane, & propemodium rotundæ siliquaæ, ex tenuissimis membranis, veluti laminis compactæ; intra quos semina plana, lata, obscuri coloris, forma quodammodo dixit orum lunæ, inter quæ media tertia membrana. radices subsunt crassæ, candidæ, in diversa tendentes, pœoniae feminæ alterius, radicibus quodammodo similes, sed minores, & tenuiores, intus porosæ. Belgæ hanc violam unâ cum aliis in hortis serunt. Flores Aprili prodeunt mense, altera à quo sata est anno vocatur. credo à bulbosis radicibus bolbonac, voce barbara. Alii pennant bœmen / a filiquarum forma, denarium quodammodo referente, & Paesth-bœmen/ quod circa Paschæ solemnitatè ferè semper floreat, nominant. Recentiorum plerique lunariam: alii lunariam Græcæ appellant, vel ab ipsius seminis figura, aut filiquarum media membrana argenteo splendore, quo, decidentibus per suum sicutitatem cum semine ex utraque parte membranis, nitet. Veterum autem thlaspi alterum videatur, quod videlicet à Cratevæ describitur, à nonnullis sinapi Persicum appellatum. Nam, ut Dioscorides ait, Cratevæ quoddam thlaspi recentet πλατύ φυλλον καὶ μεγάλορίζεται. id est latifolium & magnis radicibus: qualis omnino viola est, quam latifoliam cognominavimus. Hactenus Dodoneus. Videt satis Lector, unde thlaspi nomē accepit. Attamen quibusdam hanc sententiam non placere video. Calido, inquiunt, acrique gustu est, præsertim semine, sed tamen radices acetariis, ut rapuntia, manduntur, nec perinde sunt acres, ut Cratevæ thlaspi radices traduntur. Nulquam de radicibus hoc scriptit Cratevæ nomine Dioscorides, nusquam Plinius. Dioscorides καὶ τὸ εὐ μήνην τὸν τετράδα ἀγριλυτεος. quod ipsum ischiaticorum infusionibus admiscetur. Plinius, Et ipsum utile ischiaticorum infusioni. τὸ τέρτιον ipsum, non de radice intelligitur, sed tota planta. Nec alterius thlaspi radicem Dioscorides & Plinius utilem ischiadicis dixerunt; sed semen. Εγκλιζοι δὲ τὸ τετράδα ἀγριλυτοῦ. Plinius Prodest (semen) ischiadicis infusum donec sanguinem trahat. Eadem rhaphanum rusticum, sive agrestem, cuius figuram supra exhibuiimus, thlaspi Cratevæ putant. Ego nullam thlaspios figuram, ideam, aut formam, in rapano rusticana observare possum, nec imaginari possum, quo nomine thlaspi diceretur. Sinapis simile semen fert, non thlaspios. Folii etiam est amplis lepidii, aut peritidis majoribus, radicibusque constat satis magnis. Sed semen hujus ischiaticos curatos nec vidi, nec legi. Adeo raro fert semen, ut Petrus Crescentius scriperit, semen nullum producere.

Ῥαφαίς τεστε Athenæo lib. 2. quod facile
et cito è semine pullulet. Ταφαρίδις. οὐ τοις κίκληται Διὸς τῷ
γαδίος φαίνεται. Rhaphanides, sic appellantur, quod facile
prodeant è terra. Græcis recentioribus ῥάφας dicitur,
quo nomine, antiquiores presertim Attici, brassicam vo-
carunt. Aristoteles lib. 5. histor. animalium, ῥάφας. ήτοι παλέστιον καρπύτων. Idem ex Apollodoro Carystio docet,
Athenæus lib. 1. "Οπή παλαιώτερον ῥάφανον εἶδόντες οἱ πα-
λαιοί, Απολλόδωρος δηλοῖ οἱ Καρπύτων. Οιδὲ οπή καλλιέργεια ῥάφανον,
ἥτε οἱ Εριοί καρπύτων, γυραῖς. Διόφαντος οὖς οἱ πάντες. Antiquos ra-
phanum brassicam vocasse monstrat Apollodorus Carystius.

Raphanum scio vocare nos at hospites vos brassicam : quid
inter esse hoc femininum putas ? Galenus lib. 2. cap. 4. de
Aliment. facul. Tert (χρήσιμη) το λάχανον οι μητέρων φύει.
δεντρίδιαν ασκεῖται ονομάζειν, αξέστιον ράφανον ωσπερ τις περιέχειν φύει.
εποιεῖται άγριασις Διγλυκόνθυμόν ημένη, αὐτή σοὶ τοις μη Εδέσσιον,
οἷς ἀπαντοῦσις εἰσιν ταῦτα φυτά τοις κραμβών οὐμα φίρεν.
Qui perditissimam ac falsam doctrinam consecrantur olos hoc
ράφανον brassicam contendunt appellari, perinde ac si jam
cū Atheniensibus, qui ante sexcentos annos fuerunt nobis
esset sermo, non cum Gracis qui nunc sunt, quibus omnibus
mos est. Et in alia planta, brassica nomen uti. Hesychius
τοις ράφανοις τοις ράφανοις λέγειν τοις Αττικοῖς ράφανος
ράφανος ή κραμβή, ράφανος τοις ημίναις ράφανος. Rhaphanis
rhaphanos differunt apud Atticos. Rhaphanos enim illis
brassica, rhaphanos quod nos rapha minor vocamus. Non
tantum antiqui Attici sed & alii Graeci ράφανον brassi-
cam vocant. Nicander qui Aetolus, vel, ut aliis placet,
Colophonius fuit, ac Attali temporibus, quem Roman
sustulerunt, vixit, ράφανον brassicam vocavit.

^τΑλλὰ σύ γένεσις ἡ ταφάνοιο πόροις σπειροειδέα κέρων.

Caput multo semine abundans raphani tradas.

Ad hunc locum Scholiastes, διότι τον κανόνη ή τον περιφερόντος μέτρον. Τοπίον τὸ αστράφειον, ἵππον τὸν φάσιν τὸν κραμβόν τον φασί. id est, caulem vel caput brassica exhibe, hoc est, asparagum, quandoquidem rhabanus caput brassica vocatur. Hæc vel ignoravit Plinius, vel parum ad anagnostem legentem attendit. Turpiter raphani, brassicæ, napique historiam confundens, ut ex iisque infra dicuntur palam sit. Infima Græcia raphani semen βάκχον vocat. Trallianus (si Stephani editionem sequamur lib. 8 cap. 20) ἄλλο τὸ Δέλτα βάκχον. Βάκχον εἶναι τὸ πυρεῖον Φρεσάνης, κατὰ βάκχον εἶναι τὸ φύλλον τὸ πεπίστον ψεύτικον. Αλινδε βακανία; bacanō est rhabanus semē. Costi, bacani ana 3 j. folii Θ v. pipetū Θ vj. mellis q.s. In codice gr. lat. sic legitur, ἄλλο τὸ Δέλτα πέπιστον βάκχον εἶναι τὸ φύλλον τὸ πεπίστον ψεύτικον. Vertunt aliud diabacanū. Costi, bacani unciae, foliis scrupuli octo, piperis albè scrupuli sex, spica nardi totidem: mellis quod satis est. Hæc satis ostendunt, utrumque codicem lacerum. In priori γερρόδοκον χρωτὸν γε. s. non legitur, & simpliciter πεπίστον, sine adjecto τὸ βάκχον. In altero hæc desiderantur βάκχον εἶναι τὸ πυρεῖον Φρεσάνης, κατὰ & pro φύλλον τὸ γε: i scriptum est φύλλον τὸ γε: n. Ad locum citatum Trallianis Goupylus. βάκχον εἶναι τὸ πυρεῖον Φρεσάνης. Hermolans barbarus vir doctissimus & acuratissimus scribit, se hæc verba legisse in scholio quodam in Paulum Aeginetam, & Aëtium. Ego etiam suspicor alicujus glossam esse, vocem eam declarare volentis, quam postea indoctus librarius in legitimum contextum inculcarit. Hæc Goupylus. Antiquus interpres Albanus T orinus aliter legit. Reperitur hoc caput apud ipsum lib. 3. cap. 1. t. sic autem vertit. Aliud diadaphnidon, hoc est, ex baccis lauri, accipit. Baccarum lauri, costi uniuscujusque denarium pondo acto, foliis diabulorum pondo octo. Piperis candidi diabulorum pondo decem, spicæ nardi denarium pondo sex, mellis quantum ad ea excipienda sufficit. Legit itaque pro ἄλλο τὸ Δέλτα βάκχον. ἄλλο τὸ Δέλτα δαφνίδων, & pro κατὰ βάκχον. κατὰ δαφνίδων. Lauri certè baccæ plus ad obstructum faciunt hepar quam rhabani semina, quæ ventriculum turbant. Suspicor Trallianum scripsisse, ut legit antiquus interpres, sciolum autem quandam ad oram notasse δαφνίδης Φρεῖον λάνγην βάκχον quod posteacum vitio receptum in textum, & ex bacca formatum βάκχον. Hæc, ut dixi, mera conjectura, quam irritam & vanam videtur face-re Marcellus Empyricus cap. 22. ubi scribit. Ad jecoris dolorem potionis salubris conficitur sic. piperit -1 eupatorium -1 costi -3 bacani -2 foenigraci -1 5. Omnia hæc trita & creta servabis, & cum usus exegerit dabis in vini potionē cochlearē plenum jejuno, ita ut in dextro latere tenso brachio jaceat cū acceperit. Apud Aëtium tetral. 3. serm. 1. cap. 2. Bacani fit métio, ubi Cornarius legit cacani. Prescribitur ad hepar obstructum. Versionem Connarii subiiciam, pars enim ista Græcè edita non est. Aliud ad hepatis oppilationem. Cacani scrupulos duos, alii octo habent, costi scrupulos sex spicæ nardiis iridis, phylli, lupinorum siccorum, baccarum lauri, foeni græci, rhei pontici singulorum scrupulos sex, phu, asari, cuiusque drachmas quatuor. Ex allatis auctorum testimoniosis apud Aëtium scriben-dum βάκχον existimarim. Male vir magnus βάκχον brassicæ semen exponit. Recentiores Græci, inter quos Trallianus, semper ράφανον, ρεφάνιον pro raphano, non brassica ponunt, & rephanon pro raphano dixerunt. Oc-

currit hæc vox apud Myrepsum in drosatis cap. 45. *ῥαφάνιον σπερματόν, καὶ τὸν ῥαφάνον*. Græcè, inquit interpres, est *ῥαφάνιον*. Quid autem illi sit repanium, nondum compertum habeo. Reperitur & apud Orneosophiæ auctorem Demetrium Constantinopolitanum. *τὸν ῥαφάνην τὸν κυκλοπότον τούτο μέσον εἰς τοφὴν τοῦ ιεροῦ δύοντος οὐ πίχανοντας, οὐ βεπτιον*. Vertunt. *Vel erucam, terre pulvrem, vel similem contrita, cum cibo mixta accipitri obiecto, vel radicem sinapis & raphi. οὐ πίχανοντας, οὐ βεπτιοντας*. Sinapi & raphanus eadē sermē qualitates habent, rapha vero similes facultates non habet. Idem recentiores Græci *ῥαφάνιον* etiam dixerunt. Corona preiofa, *ῥαφάνιον, raphanus, ραφανίς*. Notat Hesychius Atticos raphanos *φαληράκης* vocatas fuisse. *φαληράκης, αἱ ραφάνιοι δύο τῆς Αθηνᾶς. Τὸν ραφάνιον* Theodorus ex auctoritate antiquissimorum & probatissimorum auctorum vertit, *radicem*. Varro lib. quarto de lingua Latina. Item *caulis, lapathium, radix*. Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum. Hæc obscura sunt, nec ea satis capio. Antiquine Græci radicem vocarunt, quam Varronis ævo raphanum appellabant. Vox Latina radix est, nec quod sciam, ab antiquis Græcis usurpata. Puto vocem desiderari, ac scriptum fuisse. Item *caulis, lapathium, radix, quam raphanida vocant*. Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum, vel sic radix, id est, *ραφανίς*. Sic enim antiqui Græci. Forte pro radix scriptum fuit raphanis. Item *caulis, lapathium, raphanis*. Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum. Vide quæsupra diximus, Palladius in Augusto Titul. 5. *Radices feminini generis esse putantur, quæ minus acres sunt, & habent folia latiora, & levia, & cum jucunditate virentia. Radices non sunt loco citato raphani*. Vox illa generaliter, non particulariter accipi debet. Ut plantæ plurimæ dividuntur in mares & feminas, sic & radices. Vult ergo radices quæ feminæ vocantur minus acres esse, foliaque latiora, & levia, & cum jucunditate virentia esse: quæ vero mares appellantur, acriores esse, folia angustiora, minus levia, & virentia producere. De raphano quæ citata sunt non posse intelligi ex eo probatur, quod eodem titulo, paucis infra scribat, *Raphanum tamen, sicut brassicam, constat esse vitibus inimicum*. Plantam hanc καὶ τὴν radicis nomen obtinuisse Auctuarii docet auctor. *Οἱ δὲ πολύεδος ἡγεμόνες πάσαις νοερούς. Quidam polyides eringium, Latini radicem nostratem*. Nomen illud huic plantæ impossitum, vel quod in obsoniis usum plurimum radix habeat, ac præ ceteris expetatur; vel, quod cæteras corporis amplitudine supererit, paucisque cedat. Misit ad nos Clarissimus vir Mathias Overbekius, literarum amantissimus anno 1618. raphani radicem, quæ femoralis erat crassitudine, longitudine sesquicubitali 22. libras pendebat, sapore gratissimo, mensæ alterius bellarii loco serviebat. Plinius lib. 19. cap. 5. ubi raphani brassicæ, & radicis Syriacæ, item napi historiam confundit. *Servi vult raphanus terrasoluta, humida. Fimū odit, palea concentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudine aequet. Sic in regno Congiano crassitudine humanæ tibiæ, graticque saporis provenire Pigafetus in ejus regni descriptione lib. & cap. 1. tradit. Gaza, ut dixi, *ραφανίδη* radicem vertit vel radiculam, communem secutus usum. Ego tamen, quod & magno placuit Scaligerio, ambiguitatis vitanda gratia vocem Græcam retinere malo. De raphano variis in locis egit Theophrastus lib. 1. hist. cap. 9. radicem scribit habere carnosam, quod lib. 7. cap. 111. repetit, ubi luculentissimè radicem describit, vide quæ annotavinus cap. 10. lib. 1. hist. ex carne & cortice constare dixit, quod Plinius lib. 19. cap. 6. sic redditum, *cortice & carne constante raphani*. Hec tamè cum indurescit, lignea evadit, ut lib. 1. histor. cap. 4. cortice quodam regi tenui & diluto, lib. 6 de cauf. cap. 17. saporem præcipuum esse in radicibus lib. 5. cauf. cap. 6. Cur amplissima radix evadat docer, vide commentum Scaligeri, lib. 7. cap. 1. eterrime provenire, tertio nempe a satione die, tam æstate quæ hyeme, præcipue autem serendum sole existente in leone cap. 3. lib. 7. semen in siliquis contineri. Et hæc de raphano Theophrasti. Nam quæ hoc capite scribit mox examinabimus. Dioscorides lib. 2. cap. 137. ubi de raphano agit, quia vulgata suo ævo planta, nullas de ea notas tradit. Ex aliis itaque capitibus notæ ejus pendet. lib. 3. cap. 90. ubi de spondylio agit, docet, spondylium radicē ferre albam raphano similem, *μίζανας* *ραφάνην* *ραφανίν* *ραφανόν*. lib. 4. cap. 62. astragulum scribit radice constare rotunda, prægrandi raphani modo. *μίζανας**

τὸν σπρυγόντην σῶματες ταφαντούσιν. Theophrastus raphanum in quinque dividit genera. Idem ex auctoritate Theophrasti facit lib. 2. Athenæus. Plinius, ut mox audiemus, quæ de raphano Theophrastus, ea de napo refert. Dioscorides duo raphani ait esse genera, sativum unum, alterum sylvestre. Nicander quoque in Georgicis duo observavit genera. Locum citat Athene lib. 9.

— Διαὶ γένη ἔχει ταφάνοις γνέθλη
Μακρήτε ταφέτε φαενεταὶ εἰς πεσσῆσι.
Est autem duplex raphani progenies:
Nunc enim rotunda figura, nunc longis conspicitur in horum pulvinis.

Raphanus Corynthia.



Raphani genera quinque quæ à Theophrasto recentantur, sua propria habent nomina. Primum genus vocat *Corynthium*, hoc amplissimè adolescere scribit, nuda constare radice, sursum protrudi, ac non ut cætera in terram ampliari. Plinius loco citato. Ex iis (scilicet napis). Sic enim ante) *idem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleoneum*. Nulla hic mendici suspicio, facilis aliquo lapsus *raphanus*, in *napus*. Non esse corruptum codicem quæ sequuntur docent, scribit enim, *Genera raphani Græci fecere tria*. Quæ de brassica intelligi debent, ut cap. de brassica dicam. Redeo unde digressus sum; in *amplitudinem adolescentis Corinthium, nuda ferè radice. Solum enim hoc genus superno tendit, non ut cætera in terram*. Si nuda est radice, quomodo supra capite secundo dixit, betam non habere radicem crasso cortice, ut raphanus. Infra quoque scribit raphanos cortice diluto constare. An ista de hoc genere, sed de aliis intelligenda? Non vult Theophrastus *Corynthiam raphanum cortice carere. Sed radicem terra non esse cooperari, & extra terram conspicari*. Nuda ergo radix, quod terra tecta non sit. Alteram raphanū *Cleoneam* vocat, cui prælongam ait esse radicem. Idem apud Athenæum & Pliniū legitur, qui scribit, Neq; ut *Cleoneum* prælongum. Hanc doct. viri existimant raphanū sativam esse Dodonæi, quam Mathiolus raphanum longā vocavit. *Sativa* radicula folia emittrit magna, virētia, aspera, utroque latere profundis incisuris dissecta, rapi foliis haud dissimilia, sed majora; caules teretes sunt inque alas sparsi, & quibus flosculi quatuor foliorum dilute pur-

tè purpurei, aliquando candido succedentibus siliquis crassis, acuminatis, interius fungosis, in quibus duo aut tria semina, majora quam rapi aut brassicæ; radix foris intusque albida, nisi quod pars superior è terra sèpius emens foris rubescat: crassa & longa, si conveniens solum nacta fuerit; subinde verò crassior & brevior. Diu beneque subactam ac solutam terrā raphanus requirit, & mediocriter pingue: in arenosa etiam quandoque non infeliciter provenit. Post æstatis solstitium Iunio ac Iulio mense commodissime & optimè radicula seritur. Vere tempestivè sata, parum radice probatur aut proficit: nimis enim cito in caulem assurgens, flores seminaque profert: serius sata radice grandescit, hibernis mensibus infertur, vere sequente flores seminaque facit. Sequitur λειοθάσιον. Τὴν δὲ λειοθάσιον, ἡνὸν καλέσοντες ποιῶντα. Hæc valde corrupta esse, quilibet satis viderit. Aliud genus, à λειοθάσιον diverendum est bœotia raphanus. Pro βωτίῳ apud Athenæum Θρακία legitur. καλέσθαι δὲ τὸ πότερον λειοθάσιον Θρακία, γλυκούτων δὲ τὸ βωτίῳ τῷ πότερον προσθήν. Leiothasiam à quibusdam vocari Thraciam. Bœotiam esse dulcisissimam omnium, figurata rotundam. Θρακία etiam in Ald. & Basileensi codicibus legitur. Non fuit vocata hac raphanus Θρακία, sed θασία, ut ex iis quæ dicam palam fieri. Videndum quoque, utrum λειοθάσιον ut apud Theophrastum, an verò λειοθάσιον, ut apud Athenæum, legi debeat. Athenæi lectionem probat Plinius, Liothasium quidam Thracium appellant. Pro Thracium Treiciū legit Dalecampius. Tu, ut dixi, scribe thasium. Athenæus lib. 2. Ιδίως δὲ ὅποις ἐγκλήτης αὐτοὺς ἀστράφεις, ἀστράφεις θασίας αἰρόμενος. Peculiaris τῶν αὐτούς περὶ illotarū n̄ radiculis appellatio est, quas thasias vocabant. Hesichius θασία αἴλιν οὐδὲ θασία μήδη: βατριχεῖ φάσιν εἶδε. Thasia, id est muria, in qua oblongae elixis intinguntur, denotat τὸ γεννάδα raphani speciem. Pollux l. 6. c. 10. η θασία αἴλιν καὶ ποτίνης ραφαίδες. Ex his constat & θασίας θλειοθάσιον legendū. Vnus est locus apud Hesychium ex quo λειοθάσιον legendum quis contendere. "Αὐτοὺς ραφαίδες ὅποις ἔποις: καὶ οὐ ποτίνης, ἀστράφεις ποτίνης ιλειοθάσιον. i.e. Aplutoi, id est, illotæ sic quidam raphanos vocant, non fluviales, quas, τὸ μαρίνας vocant,

Raphanus niger.



Legendū arbitror, ut cæteris in locis legitur, ἀστράφεις ιλειοθάσιον. Et hæc est raphanus, quæ nigra vocamus, radice foris pulla est, intus candida; alioquin jam descriptæ similis. A nigredine radicis, & quod quasi illota videatur αὐτὸν dicta est. Quartū Raphani genus Bœotiarū nominat. Hæc dulcis est, & rotunda, nec, ut Cleonæa, prælonga Plinius l. 19. c. 5. Ab eo Bœoticum, dulce est, rotunditate etiam brevi notabile, neque, ut Cleonæum, prælongū.

Hoc videtur alterum raphani genus Plinii; bis enim uno eodemque capite de raphano egit, semel sub nomine napi, & semel sub raphani nomine. Nostri alia genera fecere. Algidense à loco longum atque translucidum. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavisimum ferè atque tenerrimum, Hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod è Syria non pridem adiectum appetit, quoniam apud autores non reperitur: id autem tota Hyeme durat. Etiamnum unum Sylvestre, Græci agrion vocant, Pontici armon, nostri armoraciam, fronde copiosius, quam corpore. Primum genus Corinthia, aut fortè Cleonæa est raphanus. Altrum genus Boetia raphanus videtur. Mendum quoque est in verbis Plinii. Quod è Syria adiectum non pridem appetit: quoniam apud autores non reperitur. Hæc quasi contraria sunt, si non pridem adiectum, cur nullam ejus mentionem fecerunt autores. Scribo Quod è Syria jam pridem adiectum appetit: quoniam apud autores non reperitur. Ideò jam pridem allatum probatur, quod veteres nihil de ea prodiderint. Quod si nota ipsis fuisset, aliqui, vel omnes ejus meminissent. De tertio raphano vide quæ libro nono dicuntur, ubi de pastinaca sermo est. Secundum raphani genus Bœotica raphanus est, orbicularē vocant, rapæ forma, sapore dulciore. Quintum genus Theophrastus eruca folio esse scribit. Nomen retinuit. Refertur ab Atheneo, qui αὐτοῖς vocari scribit, Plinius, Et quod per se viride dixerunt. Hæc non parum corrupta. Dalecampius legit, Leiothasium, Bœoticum quod τὸ per se αὐτῶν supliciter viride dixerunt. Sed cur genus hoc per se viride dixerunt? Imaginari hoc nequeo. Scribo ex Theophrasto, & quod per simile eruca dixerunt. Hanc lectionem probant quæ sequuntur. Est præterea genus sylvestre, cuius folia sunt erucae similia. Bis, imo ter, de uno eodemque raphani genere hoc capite egit Plinius. Nullius momenti est dicere, lectio ista improbat, quod tum bis de una eademque egisset planta. Priori enim loco nomina recentier, posteriori descriptionem addit. De suo quoque addidit hoc genus sylvestre esse. Sed idcirco agreste esse non negamus. Athenæum αὐτοῖς vocare dixit. Plinius armoraciam. Etiamnum unum genus sylvestre agrion vocant (manu scriptus chevam, cheriam antiquus codex. Vide lib. 9) Ponticis armon, alijs leuen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. Armamaciam vocari auctor est Dioscorides, Ραφαίς αὔρατος ή Ραυνέοις αὔρατος φύλα, οἷς οὐδεὶς τὴν ίματον ερεῖ τὸ λαμψάνης μέλλει. μέρα δὲ ισχυρὰ μαλακὴ ιστοδίους. Raphanus sylvestris, quam Romanæ armoraciam vocant, folia habet sativa similia, sed quæ ad lampsanam proprius accedunt, radix gracilis, mollis, subacris. Verba τὸ Ρωμαῖον δρυμορρέαν καλεῖται in vulgatis codicibus non extant, & pro μαλακῇ λαβεῖ habetur in veteri codice. Lacuna ex altero veteri codice μαρέγη restituit. Nos vulgariter servamus. Armoraciam banc fuisse dictam docet Palladius in Octobr. tit. II. Item betam locū siccioribus, nec non armoracium seremus, vel transferemus ad culta, ut melior fiat: nam hæc agrestis est raphanus. Pro agresti raphano nonnulli raphanum ostendunt rusticana, quam supra descripsimus. Hi cum viderent cum delineatione Dioscoridis non satis convenire codicem, ut suam stabilirent sententiam, dixerunt corruptum; sed ne emendare quidem conati sunt. Raphanus rusticana acrior est quam sativa; eadem radicem non gracilem, sed satis crassam habet, foliaque quæ ad lampsanam nullo modo accedunt. Proxime ad descriptionem, meo iudicio, raphistrum accedit, sed nec longam, nec mollem habet radicem, sed albam: ut in veteri codice habetur. Folia non satis affabré expressit pictor: ad lampsanæ quodammodo accedunt. Planta hæc viarum margines & segetes ornat, floribus est luteis, numerosis in caulis brassicæ aut rapæ, sesquicubitalibus aut minoribus, tenuibus, hirsutis. Folia lampsana non diffimilis sunt, lata, oblonga, aspera, veluti rapi ac napi, sed lateribus indivisa: radix exilis, tenuis, fibrosa, candida; semen fert in tenuibus, oblongis, parvis siliquis, veluti rapi, sed fervens, & acris gustus, veluti sinapis, cuius usum etiam rusticis explet. Frequenter in agris, dum requiescent, & aratro non proscinduntur, sponte nascitur, non minus tamen & secus vias, prope veteres muros & alijs incultis & asperis. A Martio mense in multam æstatem cum flore reperiatur: interim & semen perficitur. Vulgo Herio vocatur. Ex sativarum raphanorum generibus dulcisissimam ait Theophrastus, cuius folia lœvia, acriorem autem cuius folia aspera sunt. Quod etiam ab Atheneo refertur, & experientia comprobatur. Plinius, In totum quidem, quorum tenuiora

cenniora folia ipsi quoquo dulciores : quorum scabra & angulosa & horrida amariores. Falsum est raphanos foliis tenuioribus dulciores esse. Scribe, quorum leviora folia ipsi quoque dulciores. Nec usquam dixit Theophrastus, amariores esse raphanos, quorum folia horrida, scabra & angulosa. Nihil de angulis apud Theophrastum. Nec quicquam ad rem facit, magis an minus angulosa sint. Scribe ex Theophrasto, *Quorum scabra, aspera, & horrida acriores.* Ita tamen Icriptissile Plinii afferere non possum. Affirmo raphanos foliis asperioribus, esse acriores, amariores autem non sunt. Geponicus auctor ut dulciores reddantur raphani, artem docet. *Рафани* δέ γλυκεῖα ἵστηται, ὃν τὸ σπέρμα ὑποβάλλει (melior M.S. codicis lectio ὄφρομέλιτι) ἡ χυλῶν συφίδων οὐδεὶς φέρει τοις κείσθησι. Rhaphani dulces erunt quorum semen vino mulfuso (seromellis, id est, in liquido quod mellis supernatat) aut uvarum passarum succo fuerit maceratum : pituitosis commendant. Nescio an verum sit, quod scribit Plinius. Amaritudo plurima illi est (vetus, illis) & pro crassitudine corticis. Amaritudo nulla in raphano, acrimonia vero insignis. Notandum quoque in Aldino priore & Basiliensi codice vocem *ράπιν* desiderari, quae in altero apud Aldifilios expresso codice Γοργολίδι. Γοργολίς dicitur à rotunda orbicularique radice. Namquid in rotunditatem circum altum est γρυπή, hoc est, σφρυπή, dixerunt veteres, Hesychius γρυπή, σφρυπή. Suidas γρυπή. σφρυπή. Antiquissimi Græci γρυπή, Διός pro globulus orbicularisque qui devorantur, dixerunt. Γοργολίος γρυπόλος. καὶ γρυπολίδι (ita lege, non γρυπήδι) τὸ σφρυπέον φραγμόν αποτελεῖ τοπικά. Gonglylion, rotundum : gonglydia, pilula parva, velut catapotta. Grotianus Γοργολίδι, τὸ μικρὸν τοῦ πόπλου δοῦλον τοῦ θεοῦ Χαρούμοντος. Gonglydia, parva sunt pilulae, sic dicta à figura similitudine. Γοργολίδια Geponicus auctor γρυπήν vocat lib. 12. cap. 2. η γοργόλην καὶ τὸ θεραπευτικόν τείχος αἰράστων σταύρῳ. Rapa nullo humano vitio curando commoda est. Hoc aperte falsū est, nec responso opus habet. Simon Sethi pro γρυπά, γρυπή, dixit. τὰ γοργολία θεραπεύονται τῷ διατείχεσσι σταύρῳ, οὐδὲ ἢ τοῦ τηνατοῦ. Rapa calida sunt ordine secundo, primo humida. A Lacedæmoniis γαστρί rapa dicta fuit, ab aliis zacelitus, fuit & raphys vocata. Athenæus lib. 9. Γοργολίδες πίνουσι Απίδας, τὸ τοῦ φεύγειν τὸ Πελοποννησοῦ πόλιν τοῦ Δακοπορίου ταρσίστης Φαστού καλεῖται. Νίκου-θρόνος οὐδὲ Κελοφόνι οὐδὲ τοῦ Γλαυκούτου, τῷ Διῷ Βοειώτου ταρσίστης οὐνατέστατος τὸν γοργολίδας ζεκτείνει. Αμερικῆς ἢ καὶ Τιμαρχός τὸν καλοκαίτην ζεκτείνει. Σπινοπότος δὲ τὸ διατείχεσσι οὐδείσι, Ράφανος Φυτὸς γοργολίδες, φάρμακον αἰράσσεται, οὐδείς. Τοῦ δὲ φυτοῦ Γρύπης τὸ οὐρανοποτό διέξει περὶ τὴν φύλαν καλεῖ φάπον. Rapa, in libro de urbibus Peloponnesi à Lacedæmoniis vocari γαστρί, id est, ventres, Apollas scribit. Nicander Colophonius in Glossis, apud Baetatas γαστρί brassicas nominari, rapa vero zacelidas. Amerias autem & Timarebidas appellari, cucurbitas zacelidas ajunt. Speusippus libro secundo Similium, Rapanus inquit, rapum, raphys, anarrabinon similia sunt. Glaucus libro de obsoniorum conditura, sine aspiratione cum p. scribit rapijn. Apud Hesychium pro γαστρί, γαστρὶ legitur. Γαστρίς, γοργολίδις η καρπός. Gastoris rapum & brassicam denotat. Idem apud Phavorinum legitur. An ex Athenæo corrigi debeat Hesychius, an ex Hesychio Athenæos hæreo. Fortassis utrumque nomen obtinuit; sin minus, Hesychii præfero lectionem. Γαστρίδι vel γαστρίδες nomen accepit rapa, vel quod ventosa fit, flatusque pariat; vel quod instar ventriculi repleti extuberet. Non omnem brassicam nomen illud obtinuisse arbitror, sed tantum capitatum. Nomen hoc eandem ob causam quam rapa ei impositum, nempe quod ventriculum mentiatur. A Boeoticis rapas ζεκτείδες dictas scribit Athenæus. Scribo ζεκτείδες. Hesych. Ζεκτείδες, γλυκύτητα, γοργολίδες. Zaceleidas sunt cucurbitæ, aut rapæ. Ζεκτείδης, τοῦ δὲ τοῦ ζεκτείδες particula intensiva, καὶ κελαδεῖς quod insigne strepitus, clamoresque pariunt in ventre, flatus enim excitat. Aut τοῦ δὲ τοῦ ζεκτείδες καλούμενος quod obliquis admodum constet nervis venisque. Hesychius Ζεκτείδης, ισχυρὸς, πλανὸς, δημητρίου καὶ ζεκτείδης, οὐ μισθοδοτήτης i.e. Ζαμαργον, validum, multum unde ζεκτείδης dicitur qui valde dives est. Idem, καλλίστη, τριβλάνη, πλανός obliquum, transversum. Quæ apud Atheneum ex Speusippo sequuntur, φαραΐς, φοῖς corrupta existimat Dalecampius. Restitut idem, φαραΐς, γοργολίδης, φάραΐς, φαραΐθρος, οἰστείδης. id est, radicula, rapum, raphanus vulgaris, & montanus, sive sylvestris. Ita hunc locum corrigit, & interpretatur Dalecampius. Raphani sylvestris, inquit, mentio sit, inter nota Dioscoridis, & annotationibus in caput de radice. Vellem doceret, quænam

raphanus sit vulgaris, diversa à radicula. Rēctius ad hunc locum Calaubonus. Nihil censeo mutandum ita enim libri omnes. anarrinum & antirrhinum esse nomina berbarum constat. Ego quoque nihil mutandum existimo, putoque hæc omnia nomina uni rapæ convenire. Rapam, ῥαφιν & ῥαπιν dictum fuisse docet Hesychius ῥαπιν, πάρων, καρπίν, καρπίνη ηστὶν δὲ ἡ λατινā i. e. rapa, virga, fibula coma, rapa, vel, ut alii placet lampsana. Idem ῥαφανίς ηστὶν πάρων πλεύσια τὸ δέ τοις Ἀττικοῖς, πάρφανός οὐδὲ γένος οὐδὲ φύσις, ῥαφανίς δὲ ηστὶν πάρων πλεύσια τοις Αἰγαίοις. Τριφύλιον δέ τοις Δωριστὸν πάρων πλεύσια τοις Αἰγαίοις λαζαναῖς, τοις άλλοις μεταβολαῖς πάρων. i. e. Tryphon, inquit, docet Dores πάρων raphanos παρωνίδες vocare, magnas vero raphas. Idem πάρφις, πατίνη, περίπολος παρωνίδες, ηστὶν εὔονος. calceamentum, acus, oltus agrestis, lampsane simile, & virga. Αράρητον, quanquam herbam denotet, suspectum tamen admodum est, nec video quomodo rapæ vox illa convenire possit. Si auderem, vocem conflarem ex ἀραιπίζειν, quod propriè significat, ignem propè extinctum flatu exuscitare & reaccendere. Exponitur etiam fatus excitare, mouere, flare, perflare. An itaque rapa ἀραιπίζειν dicta fuit, quod flatus exciteret. Doctiorum hoc judicio relinquam. Latinis rava dicitur & rapum. Non à Græco πάρων, vel πάπις, ut quidam existimant. Nam apud Græcos antiquiores voces istæ non reperiuntur, cum rapa & rapum apud antiquissimos Latinos Catonem, & Varronem legatur, πάπις, autem & πάφις apud infimæ Græcæ auctores tantum reperitur, quando Græca lingua corrupta, ab Italîs multas voces mutuasset. Verisimilius ergo πάπις & πάφις natum ex Romana voce rapa vel rapo, corrupta ac in φ mutata. Rapa vel rapum, quasi ruapum vel ruapa dicitur. Varro lib. 4. de lingua Latina. Quod rueret e rure rnapa: unde rapa. Ad hunc locum Scaliger; Romana editio & Vertranius, εὐδιάλικη. ita legendum erat. Quod ē terra ruerent ruapa, unde rapa. Sanè inepte & terra hæc etymologia eruitur a Varrone, quæ adē terrestris sit & plena ruris. Græcis enim est πάπις: unde etiam πάφις. Athenæns lib. 9. Σπιντωτός δὲ δενηρεὶς οὐσια. Sanius certè Varronis etymon. Vox πάπις Græco barbara est, quæ nec apud Hippocratem, Aristotelem, Theophrastum, Nicandrum, Dioscoridem nec alium scriptorem reperitur, qui vixit antequam Græcia a Romanis subacta, linguaque Græca nihil corrupta esset. Rapa non est vox Græca, nec à Græco πάπις φυλετικay derivata, mea Latina est, ita vocata, ut Varro ait, quod facile extra-terram ruat; vel, quod magis placet, quod passim in cibos rapiatur. Rapa ergo à rapiendo nomen accepit. Rapæ multis in locis meminit Theophrastus lib. 1. cap. 9. radicum carnosam habere tradit, cap. sequenti, ex carne & cortice constare, corticemque tenuem esse & dilutum. lib. 1 de causis cap. 4. & lib. 7. cap. 9. corticem carni adhærente, seri cum sol in Leone est, calidis diebus satum citius in caulem assurgere, terraque si operiatur radix, ad æstatē durare. c. 7. l. 7. Vi temporis quo seritur mutatione accipere. Quod intelligi debet de sapore mollitie & similibus. Nam cum ex semine rapi brassica nascitur, id non fit temporis, sed ætatis ratione. Geoponicius auctor lib. xi. 1. τὸ δὲ σπιργμα τὸ γεργόν, εἴ τι μεγάλη φύσις, ηστὶν αἰγαίων. i. e. At verò semen rapi post annos tres brassicam producit. & vice versa. Idem fete Varro lib. 1. cap. XL de re ræstica. Nam ex semine brassicæ veteræ sato nasci ajunt rapam, & contra ex raporim brassicam. Plinius lib. xix. cap. x. Namque & oicum senecta degenerat in serpyllum, & sisymbrium in calamentam. Et ex semine brassicæ veteris rapi fiunt, atque invicem. Cur sisymbrium degeneret in mentam, alibi dixinus. At cur brassica in rapum, & rapum in brassicam muretur, difficile est rationem reddere: Sisymbrium enim & menta affines sunt plantæ: facile ergo pro alimenti, cœli, solique ratione aliam haud multum diversam assumunt formam. At brassica & rapi præter genus nihil habent commune. Illud unum dicendum: uti in exsiccatis quotidie, quibus nulla cum planta est affinitas, post mutationes varias plantas etiam diversas exoriri videmus. Sic terræ commissum semen rapi, cum brassica similitudo major est, quam novæ terræ cum planta, post quam putruit, varias que subiit mutationes, brassicæ faciem formamq; ac ideâ assumere poterit. Verisimilius tamen quod docet Palladius in Iulio tit. II. Hoc mensa loco irriguo, napos seremus, & rapi, solo putri, & soluto nec spissō. Locū humidis latentur & campis. Sed napus in sieco & prope tenui, atque devexo, & fabulosō melior nascit.

tur. Loci proprietas utrumque semen in alterum mutat. Nam rapa in alio solo per biennium sata mutantur in napos, alio vero napus transit in rapum. Subactum solum, stereoratum, versatumque conquirunt, quod est ipsi et segregibus proderit, que ibi anno eodem seruntur. Napus & rapum similes valde plantae, ut infra dicam: quare non mirum si altera in alteram mutetur. Apud Hesychium legitur ex semine sinapis nasci rapam. Αλικάδες, γαλούμπαδες ἵλασαι, καὶ αἱ εἰς τὸν πόρον λίθους. rapa ex sinapis semine nota halimades vocari ait. Putavi quondam pro ai οὐ τοῦτο, legendum ai εἰς τηφάνη, quod ex brassicæ semine rapum nasci veteres tradidit: sed cum recentiores observassent ex sinapi semine rapas produisse, vulgatam servare visum fuit lectionem. Raporum genera duo observavit Theophrastus, marem & foeminam. Plinius lib. 19. cap. 5. Reliqua cartilaginum natura terra occultantur omnia. In quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda: latiora vero cōcava, & foeminini præstantiora suavitate, & ad conditendum faciliora, que saepius sata transeunt in marem. Idem lib. 18. cap. 13. Genera eorum duo prima Græci fecere, masculum, foeminumque, & ea serendi modo ex eodem semine. Nicander in Georgicis lib. 2. ut testatur Athenæus, duo novit genera. Citantur versus Nicandri ab Athenæo duobus locis lib. 4. & 9. ubi corrupti sic leguntur.

— Αλλ' εἴσω ράφανοις εἴσω λαζαρικοῖ
Γούγγυλίδες. διὶς τῷ γέρει ἐπί ράφανοιο γένεθλῃ
Μακρήπε, τῷ Φρήπε Φαείνεταις πεποιησο. Vertunt,
— Simulque Raphani cum rapis
In terra latentibus. Est autem duplex raphani progenies;
Nunc enim rotunda figura, nunc longus conspicitur in hor-
torum pulvinis.

Primum Hemistichium lib. quarto non habetur; secundus versus in hunc legitur sensum.

Γούγγυλίδ. διατῇ γάρ ιδ' ἐπί ράφανοιο γένεθλῃ
Μακρήπε, τῷ Φρήπε Φαείνεταις πεποιησο.
Rapi, adverte animum, genus duplex est, ut & radiculae, Oblongum alterum, alterum rotundum in areis hortorum conspicitur.

Primum Hemistichiū sic restituit Casaubonus. Αλλ' οὐ τούτοις, καὶ τοῖς θελήσισι, γεγγυλίδες. Ita locum citatū emendavit Casaubonus, ut aliquis esset sensus, ego versum integrū deesse puto, nec video qui versus emendari possint. Quam diversitatem Geoponica in etiam observavit autor lib. 12. cap. 1. μηδὲ σπανιβόλοι — μεταφύσιοι τῷ γένεθλῳ τὰ κεφάλαια, καὶ τὸ γένεθλον τὸ γεγματίζον τὸ γένεθλον πάσχετο. Dioscorides rapum aliud sativum, sylvestre aliud lib. 2. cap. 134 & 135 esse scribit.

Sativum non describit, de hoc primo loco nobis agendum erit. Hujus marem & foeminam his verbis agnoscit Plinius lib. 18. cap. 13. Genera eorum Græci duo primum fecere, masculum foeminumque, & ea serendi modo, ex eodem femine. Densiore enim satu masculine cere, item in terra difficulti. Semen præstantius quo subtilius. Species vero omnium tres: Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari, Tertiam speciem sylvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, & folio angulo, scabroque, succo acris: qui circa messem exceptus oculos purget. De sylvestri nihil tale apud Dioscoridem; Verum raphani sylvestris radicem subacrem esse inquit. Sine ullo dubio, cum alia aliqua planta confundit Plinius sylvestre rapum; cum bunionem neque aut buniade, ut sequentia docebunt, quod ex capite quarto lib. 20. prob. ubi inquit. Naporum duas differentias, & in medicina Græci servant, angulosis foliorum caulinis florentis, quod bunionem vocant, purgationibus foeminarum. Vident facile Lector Plinium, hic bunionem vocare, quod supra rapum sylvestre. Quin etiam lib. 20. cap. 3 diversum ab hoc describit sylvestre rapum, de quo infra, vel rapi sylvestris historiam cum brassicæ confundit, & id verisimile est. Videat Lector cap. 6. lib. 7. Historiarum, ac legat quæ de sylvestri brassica, ac rapo Theophrastus scribit, videbit facile Plinium ex utraque unam confecisse historiam. Recentiores rapas dividunt in longam & rotundam, rotundam in sessilem & orbiculatam, Rotundam marem vocant longam, & id ex Plinii verbis mox citatis. In quibus de rapis abunde

dixisse poteramus videri, nisi medici masculini generi sexus facerent in his rotunda; latiora vero concava & foeminae, præstantiora suavitate, & ad conditendum faciliora, que saepius sata transeunt in marem.

Sed aliter Athenæus lib. 10. Θεόφραστος μὲν βανίαδες τὸν ὄνυχέα, ἀρρινά ἡ καλεῖ πνά γαλιδα, καὶ τοὺς ἄντες ἕστι η βανίας. Theophrastus nullam mentionem facit buniadis, sed rapum quoddam masculinum esse tradit, quod fortassis est buniadas. Huic opinioni favere videtur Galen. I. 2. de alimento facult. Τοῦ γαλιδα προλόγοι, τοῦ βανίαδα τὸ Φυτόν η τολωχανίδες. Idem lib. de cib. boni & mali succi. Μίσχοι δὲ ινχύρων τὴν κονικόν, εἴτε τῶν αρρών τοῦ τοῦ γαλιδας ἔστι βονιαδας ὄνυχέας τοῦ τοῦ γαλιδας κορεῖς. Hujus plantæ, quam gongulida aut buniada apelles licet oleaceum. Sed ari carique radix & rapi quod buniada, id est napum appellant, in in qui boni præviges succi sunt media habetur. His accedit Columella, qui lib. de re rust. I. 1. cap. 10. Ab his leguminibus ratio est habenda naporum raporumque, nam utraque rusticis implent. Magis tamen utilia rapa sunt, quia & majore incremento proveniunt, & non hominem solum, verum etiam boves pascunt. Præcipue in Gallia, ubi Hyberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. Solum pure & solutum res utraque desiderat, nec densa nascitur humo. Sed rapa campis, locisque humidis latentur. Napus devexam amat & siccum tenuique propriorem terram. Itaque glareosis fabulosisque arvis melior exit, loci que proprietas utriusque semen commutat. Namque in alio solo rapa biennio sata, convertuntur in napum (hoc de rapis Theophrastus, & Plinius, nec parvum argumentum rapas foeminas rotundas esse, napum vero masculum rapum, & oblongum) in alio napus raporum accipit speciem. Riganus locus utrumque recte ab solstitiali seritur, siccis ultimâ parte mensis Augusti, vel prima Septembri, subactum solum pluribus iterationibus aratri, vel rastri, largeque stercore satiatum postulant. Nam id plurimum refert, non solum quod melius ea proveniunt, sed quod etiam post fructum eorum sic tractatum solum segetes optimas fecit. Iungerum agri non amplius quatuor sextariis raporum foeminas obserendum est; quarta parte amplius napis spargendum, quia non in ventrem latescunt, (attende Lector rotunda rapa vocat, longa napos) sed tenuem radicem deorsum agunt. Idem Pallad. lib. 8. titulo 2. Ut ur sit, si masculum rapum non sit napus, vicinas admodum esse plantas, præter dicta, probat quod Dioscorides napi caput rapis subjunxit. Napus Græcis βύνιας dicitur, a tuimenti figura deducta significacione, ut viris placet doctis. Sed rapis hoc nomen magis competit, siquidem rapa tuiment, ut ex Columella jam audivimus, napi non tuiment, sed tenuem deorsum mitrunt radicem. Fortassis nomen illud accepit, quod facile extuberet, ac in rapum mutetur. Diligenter cavendum, ne cum Plinio buniū cum buniade confundamus; diversæ enim plantæ, admodumque differentes sunt. De buniade agit Dioscorides lib. 2. c. 136. de buno vero lib. 4. cap. 124. Illud notandum, Græcorum νάπι finapi esse Latinorum; napum si non masculum rapum, proximè tamen ad longum accedere rapum. Napi delineationem non tradidit Dioscorides; quia suo aëvo cognita satis. Napus vulgaris hodie notus non est, si rapa mascula, sive longa non sit. Recentiores hanc, cuius picturam addidi, pro napo plantam ostendunt. Foliis, caulis, flore, siliquis, semineque rapum refert, sed radix quæ rapo in orbiculatam longitudinem extuberat, nape in longitudinem ex porrigitur. Napi siquidem crassa (Columella tenuis, sed hoc respectu extuberantis rapi intelligi debet) & longa radix est; hujus autem tum & rapi sylvestris habetur species, quā Galliae rura navetam, teste Ruellio, appellant; quæ ex non transplantatorum sive raporū, sive naporum semine nascitur, & foliis, caule, reliquisque rapum ac napum æmulatur, sed radice non crassa, oblonga quidem & haud magna est. Aliam agnoscit differentiam Mathiolus; alteram nimurum alba, alteram flava constare radice, flavas crassitie albas superare, ac colore magis placere, insipidores tamen esse, & ob id gustui minus gratas. Errant Botanici qui scribunt Theophrastum plura naporum genera novisse. Hos decepit Plinius, qui raphani, napi, brassicæque historiam, ut supra dixi, confundit; & napis adscribit quæ Theophrastus raphano, seu raphanidi. Ut Plinium excusent, mendosum ejus codicem esse scribunt. Sed Plinium scripsisse ut vulgo legitur, hæc verba satis ostendunt. lib. 19 c. 5. Idem naporum quinque genera fecere &c. Post pauca. Palma Romæ Amiterninis datur, inde Nursinæ, certa nostratisbus. Cætera de satu eorum in rapis dicta sunt. Ne-
mo in-

Bunias.



mo, inquam, amiterninos, vel nusinos raphanos scripsit.
Columella in hortulo,

Quaque amiterninis defertur bunias arvis,
Hujus iudicio subscriptibit Martialis,
Hos amiterninus (ager) felicibus educat hortis,
Nusinas poteris parcius esse prias.

Amiternum Campaniae urbs est, hodie Aquila dicta. Nusinæ pilæ napi sunt. Apud Galenum lib. de antid. cap. 12. mentio fit napi sylvestris, quæ ex Creta adferbatur. Hinc colligunt napum fuisse aliam sativam, aliam sylvestrem. Respondent doctiores, si duplex napi species fuisset, id vel Dioscorides vel Galenus prodidissent. Si quidem Dioscorides de plantis, quarum sativa & sylvestris species datur, eodem immediate loco differere solet. Sed potuit Galeni ævo adferri ex Creta napus sylvestris quædam, quæ Dioscoridis temporibus incognita fuit; quare facile fieri potest napum aliam sylvestrem, aliam sativam fuisse. Accedit quod Honoriūs Bellus Bauhino plantam miserit, napi sylvestris Crete nomine, &c. ut Ruellius testatur, in Gallia napus sylvestris reperitur. Ad rapas redeo; Laudat rapum Athenæus Thebanum, nusinum Columella in hortulo.

Quin & tardipedi sacris jam rite solutis
Nube nova scriitur, cœli pendentibus undis,
Gongilis illustri mittit quam Nusia campo,
Quaque amiterninis defertur bunias arvis.

Ex hoc iterum loco discimus cognatas admodum plantas napum rapumque fuisse. Athenæus rapum laudat circa Magnesiam, διοκλῆς ἡ κολακύνθης μὴ κράτεια γένεσις
εἰδὲ μαργαρίτης. οὐδέποτε τὸ περιβόλιον ὑπερεύην γλυκεῖαν καὶ ιν-
τικαῖ. i.e. Diocles autor est proprie Magnesiæ cucurbitæ amplissimas gigni ac insuper rapa innitatæ magnitudinis, dulcia & stomacho utilia. Refert Mathiolus innumera rapa se vidisse, quæ triginta libras penderent, & centum quibusdam locis. Magno naturæ miraculo, quæ ex tam parvo semine, tribus penè mensibus, tam insignes, grande sique gignat radices. Apud nos quæ libras pendent 10 grandes sunt, minores tamē dulciores, & tamen apud nos grandissimæ quæ optimæ sint oportet, si verum antiquitas tradit. Plinius lib. 18. cap. 13. Terram non morosè eligit, penè ubi nihil aliud serui possit. Nebulis ac pruinis, ac frigore ultro aluntur, amplitudine ad-

mirabili vidi xl. libras excedentia. Rationem addit Theophrastus, quod incrementum in radicem non in scia vertatur. Columella experientia hoc sibi comprobatum afferit. Nec hoc Martiale latuit.

Hæc tibi brumali gaudentia frigora rapa
Quæ damus, in calo Romulus esse solet.

Credit antiquitas non tantum Deos Deasve nectare & ambrosia vesici, verum etiam vilibus quibusdam cibis, ut Romulum rapis teste Martiali. Seneca in Apocolocyntosi. Sitque ē republica esse aliquem qui cum Romulo possit ferventia rapa vorare. Palladius docet quo modo grandes rapæ reddantur lib. 8. tit. 2. Ingero raporum quatuor sextarii, napi autem quinque sufficiunt. Si spissa sunt, intervelles aliqua, ut cetera roborentur; ut autem semina majora redigantur, eruta raga foliis omnibus purgas, & ad dimidi digiti crassitudinem in caule succides. Tunc & sulcis diligenter subbattis, octonis digitis separata obrues, & iniicies terram & calcabis, ita magna nascentur. Notant adversariorum auctores, oblongam rapam Veneris olitoribus vœnum ferri in forum hyeme, purpura, nitida, ac pellucida radice, gusto teneriore, suaviore, in acetariis cruda, cum eruca, lactuca, & aliis illic efflati solita. Talem me rapam semel vidisse memini. Sylvestre rapum Dioscorides his ferè verbis describit; οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γενῆν φύεται εἰς αὐγοῦσιν θεμέτως πολυκλαδός, οὐδὲ αὔγου λεῖθος, φύλα τριχών λεῖα, δεκτήλα & πάχυς, η καὶ μαζονα, κυρπίς οὐδὲ λεβεῖς καλυκάδεσσι, ἀνοιχτήν τον δὲ τούτην κατεκρατῶντας οὐδὲ τούτην καφαλοειδῆς οὐλούπος. ενώπιον σπηρυγίαν μετέχει, δεγνούσι τούτην διδοῦντας. Sylvestre rapum in arvis nascitur, frutex cubitali altitudine, ramosus, in cacumine levus, foliis quoque levibus, digitali crassitudine, aut etiam majorē (Ruellius πλάτερος legit, latitudine, & ita apud Serapionem scriptum reperitur, apud Oribasium πάχυς). Saracenus vulgariter fertur lectio- nem; verum ista non foliis, sed radici potius, cuius alioquin non meminit auctor, tribui judicat: ita ut desideretur vox πίκας, quod fortassis non ineptum, verisimilius enim radices digitali crassitudine esse, quam folia.) frumentum vero gerit in siliquis calyculatis, apertis autem fructus involucris intus alia spectatus siliqua capitis specie: Qua quidem parvula semina nigra continentur, quæ tamen fracta intrinsecus alba conspicuntur. Meminit hujus rapi Plin. I. 20. cap. 3. Sylvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo majore quā papaveris. Meminit & sylvestris rapi Theophrastus lib. 7. hist. cap. 6. ubi longam habere inquit radicem, raphanique modo constare, cauleque brevi. Vide lector quæ supra dixi. Errant qui rapunculum sylvestre statuunt rapum. Capitula enim in quibus semen concluditur non sunt duplia; caret etiam radice longa, raphani modo, nec ramosum cernitur. Nec viola mariana ullo pacto dici potest, rapum sylvestre: folia enim habet oblonga lata, subnigra, aspera, nonnihil hirsuta, vulgaris buglossi foliis nigriora, minora, minusque aspera; caules deinde secundo anno profert rotundos, rectos, ramosos, aliquantulum etiam hirsutos, circa quos folia similia, sed minora. Post flores ut plurimum cœruleo purpureos, capitulum nascitur, superiore parte latius, quinque angulos, ut etiam flores habens, & quinque loculis, veluti caligulis asperis & hirsutis deorsum dependentibus circumvestitum, in quo semen exiguum, subruffi, & ejus cuius castaneæ, fructus echino exemplus propemodum coloris. Conserat hæc Lector cum descriptione Dioscoridis; videbit facile in quibus differant. Respondent tamen, quæ de levitate summorum caulinum, ac foliorum, & seminis nigredine, ac interiori ejus medulla candida traduntur, ad sylvestris rapi, hujus praesertim descriptionem non pertinere; Sed affirmanter hæc quidem; rationem tamen nullam addunt. Cur rejicienda hæc non putem, faciunt Oribasius & Serapio, apud quos hæc reperiuntur. Et quid notius quam hōc ex Dioscoride transcriptum, nec rapum sylvestre non bulbosum, apud nos satis frequens. Rapum est agreste Dioscoridis Luxuriat hoc tanto foliorum numero, ut radix non tuberosa, aut raposa, nec ventriola, uspiam sit, sed exilis; sativa rotundæ turbinatae non absimilis, sed discretu alioquin facilis; crispiore, rugosioraque & uberiore est folio. Cum folio levè describatur Dioscoride. Nec semen in siliquis calyculatis, iisque geminis gerit. Viderit ipse lector non esse rapum antiquorum sylvestre. Nec id adversariorum Auctores scripsierunt. Hæc de rapo dixisse sufficerit. Adiicio quod Josephus a Costa lib. 4. cap. 18. scribit solum in India, leos

raparum tam ferax esse, ut ea in viis publicis, sponte
proveniant: ita ut cum Indi in nonnullis locis agros fru-
gibus constituti essent, propter ingentem raparum pro-
paginem, ab instituto desistendum fuerit.

Brassicam Græcis antiquis ^{ράφινος} dictam esse, supra diximus, recentioribus vero ^{ράφινος} raphanum significasse, ac ita duas diversasque plantas uno nomine insignitas ob mutuam quandam affinitatem, ac amicitiam feminis utriusque, vetustioris præsertim, utramvis plantam generantis. Gepon; auctor ^{ιδεινον} γένεσιν την καρπων σκίρην παλαιον θυμον ράφινον φύσει. Verum nosse expedit, quod brassica sīmen inveteratum raphanum producit. Recentiores Græci καρπων dixerunt, quasi νεργόν μελλον, teste Suida, ἀρχή της νεργης ἀμβλύνειν quod oculorum pupillas quas Græci νεργης vocant, hebetet, obtundatque. Simon Sethi, ὄψιν ἀμβλύνειν; oculorum aciem hebetat. Columella in Hortulo,

Nunc veniat quamvis oculis inimica coram te.

Hoc etymon fortassis cuipam non placebit, quod
Dioscorides lib. 2. cap. 146. αιματινοῦ πούν ἡ βασική καὶ τὸ
μέδιον ἐπιφόρον, quibus obtusior est oculorum acies ac tremula,
in cibis auxiliatur. Plinius lib. 20. cap. 9. ex sententia Catonis. Hunc cibum & oculorum claritati conferre
multum olim : succum vero crude, vel angulis tantum ra-
etis cum Attico melle, plurimum. Solvit hunc nodum Galenius, qui adversus hebetudines prodebet brassicam di-
cit cum oculi humidiiores justū sunt. Id quod his verbis declarat, lib. 2. de aliment. facult. cap. 44. ξερίνει μὲν εὖ
άλληλαις θεραπευτικοῖς φανέται καὶ καρπέται. καὶ δέ τον τῆς οὐρα-
νοβάσιοι πλειντες τούτοις ποθ. ἴχθύτερος ὁ τῷ φύσιν σύμπαν ὁ
φρυγανός. Lens itaque & brassica aequali inter se mensura
exciscant, ob idque visum hebetant, nisi forte totus oculus
humidior fuerit, quam naturalis habitus postulet. Alii
καρπετον vocatam asserunt, quali νέρα αἴσθη, vel αἴσθη
quod crapulae adverterunt. Et hac commendatione non
sunt apud Græcos veteres, & recentiores, sed etiam
Latinos Belgique notissima. Dioscorides τὸ τέλος εἰς καρπε-
τοὺς τὸ ὄντα καρπάς σφιντούς πιπελατεωτούς summo cibo sum-
ptu, noxas ex crapula, largioreque vini potu pellit atque re-
stinguit. Rationem dat Galenus lib. 2. τὸ τέλος cap. I.
ex sententia Apollonii, τὸν δὲ αγανάν θριδοκίνην μὲν αἰς
ἰνχυλος τὸν ψυκτικόν, καρπίνην τὸν ἀτμών ξηροποτικόν. Idem eodem
capite, καὶ αὐτὸν τὸν φύλακα τῆς καρπίνης διπειρεύεται. Θερμὴ καὶ
επειδίνη τῇ καρπάλῃ καὶ δεχθεῖται φυσικῶν ἀνταρτῆν τη μάζη. i. e.
Ex oleribus est lacryma, ut pote boni succi & refrigerato-
ria & brassica quæ vapores resicit. Quin & ipsa bras-
sice folia calida macerata, capitique circumposita ac
obligata, naturaliter ebrietati resistunt. Cato cap. 156
Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter,
ante canam esto crudam quantum voles ex aceto. Et item
ubi cœnarevis, comesto alia quinque (brassicæ) folia, reddente
te quasi nubil ederis, biberisque, bipesque quantum voles.
Ex hoc loco Plin. lib. 20. cap. 9. vino eam adversari, ut
inimicam vitibus, antecedente in cibis, ebrietatem caveri:
postea vero sumta crapulâ discuti. Eam ob rem Athenaeus
ad finem lib. I. narrat Ἑgyptiis olim id fuisse solenne,
ὅπερ ἡ φίλοιοι αἰρόντοι σημεῖον ἐν τῷ θεῷ μανούς αὐτοῖς αἱ γέμισται
εἰς τοῖς δεῖπνοις, αὐτοῖς πάνται ἐδιεμετέων καράμβας ἱδίειν, οἳ φρέσεις καὶ
μαργαρῖται διεύρησαν πολλοὶ οὗτοι τοῖς κρατονοῦσαντοις
ταῖς αὐτοῖς τοις αὐτοῖς μαργαρίταις ἐν τῷ κρατίβινος σπίρου. Εἰς δὲ ὅπερ
τοις καράμβαις φύσεται αμειωτέστερος ὁ ὄντες πίνεις, διὸ καὶ οὐβα-
ῖται, φυσὶ πινεῖται, τοῦτο πίνεις καράμβας θεοῖς. Vinolentos
Ἑgyptios fuisse hoc ostendit, quod apud eos tantum in carnis
statutum est ante omnem cibum brassicam elixam comedere,
& ad computationes ita sese preparare. multi sane ut ab
ebrietate vindicentur, præsumunt brassicæ semen. Quin &
in qua vite brassica nascitur, inde vinum exilius. Quam-
obrem Sibaritæ, ut inquit Timæus, antequam porta-
rent, brassicarum esu se muniebant. Alexis.

Ἐχθρές ὑπέπινες, εἴτε νυνὶ κρεπιπλάσεις
Κατενύσασσον. παύον γέρε. εἴτε οὐ
Δότω ράφανόν πις ἘΦῆν.

*Heri bibisti plus satis, nunc grave caput,
Sentis, medendum est huic malo, jejuno
Deinde brassicam tibi dabit quipiam elixam.*

Ex his non tantum brassicam post cibos sumptam capulam discutere; sed etiam ante eosdem ebrietatem præcavere. Hinc fabulæ, quæ apud geponicæ, auctorem extat, origo, qui multa eaque admiranda de brassica lib. 12. cap. 17. refert. Nisus c. 10. ad. 1570. d. 1570.

λίγες, τὴν περιέμενην δάκρυον ἵππαν Φαντόνα λυκούρεζον. ἐνίκα τῷ Φοῖο διόνοτος Φέρεται εὐθυγάτης τοῦ τελεσταίου ιδίου, οὗ ἡ λυκούρεζος τοῦ τάμπιλα σεισμούς θεῖς, διάκρυντη τηφύκει, εἰς τὸ δικρύν λέγει φύγει τὸ κεράμιον. καὶ Δῆμος Φέρεται αὐτοῦ τηφύκει, εἰς τὸ δικρύν λέγει φύγει τὸ κεράμιον τῇ αἰτίᾳ, η μεσοίνητος φράξειμα, η μερισμή τοῦ κλήματος Κονιφαλῆς τοῦ τεσφύλιον, τοῖς κινητοῖς τοῦ Φαντόνα λαμπρού χαλαρωθῆναι, ὥστις κεράβρος ἐχαλαρώνει τὸν Φαντόνα, ἐπιβαλλόμενος, κάνοντα τὸν γανθινὸν ίντος μετανοεῖ τὸ σύμμετον. εἰς ἡ συμβολὴ τοῦ φυτού πεδιάδας αἰδάλαις ἀπεπλεύσης κεράμιον, ἀκέραμον τὸ κλήματος αἰτίᾳ τοῦ τεσφύλιον, τοῦ κεράμιον, σύμποτε τὸν γανθινὸν τοῦ φυτού, σύμποτε τὸν γανθινὸν τοῦ φυτού, αἴδην αἰσποτοῦ ζει, φειδείαν τοῦ φυτού πούτον τὸν στόλην αἰτηταῖς. οὐγίας ἡ ἀντανταναίη την τὴν κεράμιον τὸν φυτόν τον, εὐτὸν τοῦ φυτού λαπτόν, καὶ στοι βελοτοπού πολὺν ἄνοι τίνειν, καὶ μαρτυρεῖσθαι, ὧδην κεράμιον πειθαρίσται. At vero Nestor in Alexicepo suo, brassicam Lachrymam curgi lachrymam esse dicit. Quum enim Bacchus cum ritterit, mare subiisset, Lycurgus vero vite vinclis lachrymam emisisset, sex lachryma brassicam enatam esse dicit. Ob id contrarietatem inter se brassicam et vitem habere. Profecto si quando brassica in aris appropinquaverit viti, aut statim tabescit, aut sarmentum viti tabefacit. Ob hanc autem inimicitiam inter haec ipsa, si contigerit a capitis distillatione uvam aut columellam in guttur laxari crudæ brassicæ succus capiti impositus, uvam retrahit in sublimem oru partem. Si vero contingat plantari ex vicino vitem brassicam, sarmentum viti auge scens, ubi jam brassicæ appropinquatur est, non amplius directè procedit, sed retrovertitur, reminiscens quodam modo mutua contrarietati. Similiter si quis brassicæ dum coquitur, vinum vel modicissimè instilleret, neque coquitur de cetero, et color ejus corrumperit. Et qui multum vinum bibere volunt, et non mebriari crudam brassicam presumunt. Novi quosdam qui remedii hujus experimentū fecere, inebrati non fuere, Sed cum plus æquo vini assumpsissent, evomere coacti sunt Vide plura lib. 4. de caulis. Nicand. utr. 9. refert Athen. brassicam μέρη appellata scribit, τὸ μάρτη λαζανοῖσι παλαιοῖσιν εἶποντεν. μάρτη δὲ ὁ Ningyndos μάρτη κέκληται τὸ κεράμιον, οὐδὲν δέ οὔτε. Brassicam inter olera vate priisci vocarunt, non autem solus Nicander brassicam appellavit sacram. Hoc nomen accepit, quod veteres per brassicam jurarent. Athenaeus loco citato, καὶ Ἀνανίος δὲ φοῖον τοιοῦν ἀθρόπον ἢν φίλον μάρτην, τοῦ μάρτην κεράμιον, τοῦ πτελεῖον εἶδος πεπτυστὸν τοῦ μάρτην κεράμιον θέντον, καὶ ἴστικεν εἰς τὸν κεράμιον, ιδούτε τὸν κεράμιον τὸν κεράμιον. Ιωνίοις βάστασιν τοῦ μάρτην κεράμιον, ιδούτε τὸν κεράμιον τὸν κεράμιον. Ex multis hominibus, per brassicam, te maxime diligo, inquit Ananius, Teleclides in praetoribus, per brassicas hoc juro dixit, Epicharmes in terra mari, itidem per brassicam hoc assevero, Eupolis in baptis, per brassicam ita est. Iusturandum vero Ionicum hoc videbatur. Bœotis, ut supra dixi, μέρη dicta fuit. Brassicæ nomen accepit, uti Varro lib. 4. refert de lingua Latina, à præseca, quod ex hujus scapo minutatim præsecatur, siquidem nunc tonsili, nunc cymoso caule spectatur: Non desunt qui brassicam contendant δὲν τὸ βελάκη, à vardo nomen acceperisse. Estur enim a tota plebecula, tum cocta, tum cruda, vel muria servata. Non desunt qui brassicam quasi passicam nominatam referunt, quod ex caule minutatim præsecatur ut passa fiat. Alii caulem vocant, quoniam præ ceteris oleribus insigni caule vigeat. Alibi etiam Doctiss. Gaza πάφασιν interpretatur caulem, nos brassicam maluitus vertere, ambiguitatis fugienda gratia. Κάνιλας Hesychius olus sylvestre vocat, κανικός κανύλιος, ἄγειον λάχανος. Sed de brassicæ etymo satis superque. Illud addendum, quid brassicæ cuma sit. Sæpius enim tum apud Latinos tum Græcos vox haec occurrit. κύμα velut κύμα vel κυμάτος dicitur, uti apud Dioscorid. legitur. In plantis foetus est, qui primo vere editur, turiones & alparagos vulgo vocant. Nam cum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quosdam quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primū, mox feminis foetus concluditur. Cyma ergo brassicæ coliculus sive caulinus, qui prima germinatione producitur. Galenus lib. 2. de aliment. facultat. Οὐ μὴ δὲ τὸ κεράμιον (subandi ἀστάργητο) ἐσκύμα καλέσοντες τοῦ συνάδεστον ιερού δοκεῖν. Εἰ δέ τελος συλλαβεῖν ὑπεράσπει, ζερδρός τὸ κεράμιον, Brassicæ igitur germen, quod nonnulli etiam cyma nominant, per contractionem nimirum nominis trissyllabi κυμάτος. Plinius lib. 19. cap. 8. Transfertur cum quinque foliorum est: cymas à prima sectione præstat pioxiōne vere. (nota quod κύμα fœminino genere vocat, cum Græci neutro, ut etiam Columella.

Frigoribus caules & vere cymata mittit)

Hic

Hic est quidam ipsorum caulinum delicior teneriorque caulinus. — Postquam ex eadem brassica contingunt aestivi autunnalesque caulinis, mox hyberni, iterumque cyma, nullo quo genere multiserè donec sua fertilitate consumatur. Archigenes apud Galenum lib. 10. cap. 1. κύματα πέπατοις καυλέσ vocat. Locus insigniter depravatus, sic vulgo legitur; Σφόδρα ἡ φύσις αξιόλογος ὁ τοῦ φρεσκη λινοφύσιον πατέσθαι, εἰς αναστάσην, περιπολοῦσσαν φρεσκήν πατέσθαι. Λεγενδού, σφόδρα δὲ ίψη αὐτοχοής ὁ τοῦ φρεσκη λινοφύσιον πατέσθαι, εἰς αναστάσην πατέσθαι. Κατάφερεν δέ τοις πατέσθαι. Ηρόδοτος 9. i. e. Ceterum Antiochus apud Phrycen linophybum, valde juxta naturalem contrarietatem auxilio fuisse ait, ad mali eversionem protomis caulis (id est, cymatis brassicæ) decocti cyathos duos jejuno ad dies novem exhibitis. Sic legendum vel ex Dioscoride probatur, τὸ δὲ αὐτῆς κύμα. — 154 οὐρητικά περγα. Hujus caulis meminit Martialis lib. 10.

Et faba faborum prototomique rudes, Idem lib. 14.

Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen,

Prototomus, pudet heu, servio caulinis.

Protomis dicuntur à prima cæsura ac sectione, quando videlicet ad generationem seminis angescentes succiduntur, & in ciborum usum veniunt.

Alibi etiam πρωτότομον καυλόν eodem significatu legitur. Apud Theophrastum lib. 4. cap. 16. πρωτότομον αυτὸν reperitur, cui οὐτισμός. Cymata brassicæ Marcellus Empiricus græca appellatione vocat cap. 20. Haplofiles, a teneritudine, Variis in locis Theophr. brassicæ notas tradidit. Lib. 1. cap. 15. inter αἴφυλλα numeratur. cap. 16 carnosa esse folia. cap. 23. utraque parte germinare lib. 7. Hist. cap. 1. & lib. 4. de caus. cap. 3. decimo à fatione provenire die. Lib. 7. cap. 2 & lib. 1. de caus. cap. 4. Avulsione exoriri lib. 7. c. 2. regerminatos caules suaviores inquit, si antequam decaulescat folia detrahantur. Videat lector quæ à nobis adhunc locum dicta sunt. Lib. 3. de caus. cap. 24. tonsam, decusamque brassicam fieri meliorem. Videat locum lector lib. 3. de caus. cap. 3. Inter ea quæ speciem mutant refert. lib. 7 hist. cap. 5. erucas innasci scribit, à quibus defenditur, si juxta ervum seratur. Lib. 3. de caus. cap. 15. lib. 2. de caus. cap. 15. vitem ex odore brassicæ ledi. Adeat lector locum & annotatæ examinet. Hæc Plinius napis, brassicæ, & raphanis adscriptæ, ut supra notavi. Brassicæ tria inquit Theophrastus esse genera, crispum, laxe & Sylvestre. Tres etiam brassicas novit Athenæns, halmyridem, laxe & silifinam. Verum ubi verba Theophr. refert recenset duo genera, crispam & sylvestrem, quasi apud Theophrastū lavis nulla fieret mentio. Plinius lib. 19. cap. 5. turpiter brassicæ cum raphani generibus confundit, attamen ea quæ Theophrastus de brassica scribit, ad verbum exscriptis. Capite vero octavo plura brassicæ genera recenset, de quibus agam ubi Theophrasti verba examinaverimus. Cato cap. 157 tria etiam describit genera. Dioscorides etiam tria genera novit, sativum, Ægyptium, & sylvestre: addit quartum marinum, de quo alibi. Non enim pertinet ad brassicæ classem; Facie enim & viribus dispar. Illud de hoc genere quarto addendum, quod Historiographus Emmanuel de Meteren scribat, Soldanella, sic vulgo vocatur, servos quosdam cum Slula Flandriæ urbs, ab illufriss. Principe Auraico Mauritio ob sideretur, ad multū tempus vitam sine pane vel sale sol a hac herba sustinuisse. Nec laxe, nec scabram, describit Theophrastus, sed feminis utramque agnoscere differentiam, bonum enim vel virtuosum ferre, etiam, crispam succi bonitate & folii amplitudine, laxe præstantiorem esse. Athenæus crispam selinam vocatam scribit, quod foliis apio similibus conspiciat. Η δὲ σελίνιον την οἰστροστάτην ήτει Διόν την οὐλόντην. ιπεφίης γδ̄ ήτει σελίνιον, η τεττήν την αἴλην ποιεῖσθαι. Selinam appellant ob crispafolia, apio namque similis est, & præter alia foliorum densitate. Cato loco citato, Altera est crispæ quæ à similitudine apii συνοւσιν vocatur. (Fitis foliis est, in variasque partes dissectis neutiquam crispis) Hæc est & asperciu, & natura bona ad curationem, validiorne est, quam quæ supra scripta est. Laxe nomen accepit, quod foliis levibus est, hæc ubique nascitur. Athenæus η γε εἰσφύλαττα αἴρα πάντας φυτα κάρρας γίγνεται Cato loco citato. Prima est laxe, quæ cognominatur laxe, grandibus & latis foliis, caule magno, validam hæc habet naturam & vim magnam habet. Idem Plinius lib. 20. cap. 9. In tres species eam divisere Græci (hæc lib. 19. cap. 2 de raphano) antiquissimi, crispam, quam selinada vocaverunt,

Brassica tenuifolia, laciniata seleni folio.



à similitudine apii foliorum, stomacho utiliore, aluum modice mollientem. Alteram leam latissimam, è calice excutibus: unde caulodem quidem vocavere, nullius in medicina.

Brassica vulgaris sativa Lobel.



TET 5 na momenti

momenti. Contra, uti audivimus, Cato, qui vim magnam huic adscribit, sed non æque ac altera præstantem. Ex dictis vulgatos codices Theophrasti depravatos esse satis videre est, ac correctionem quam dedimus legitimæ esse. Lævis hæc, sativa Dodonæi est, Belgæ groote roode Kolen vocant, id est magnam rubram Brasficam. Hanc Plinius, alibi cumanam vocat, lib. 19. cap. 8. Cum anum inquit seſſili folio capite patulum. Priorēm apianam à similitudine apii vocat eodem cap. Genera ejus facit tria, unam extentis foliis, caule magno alteram crispo folio quam apianam vocat. Belgæ duas brasficas norunt, quarum unam gheāronhelie Kool vocant, sive crispam. Plinius lib. 19. cap. 8. Sabellicum etiam vocat, vel saltem vicisa admodum huic est. Sabellica usque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo cauli in ipsum extenuat, sed dulcissima peribentur ex omnibus (generibus intellige). Columella in hortulo.

Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

Sabellici populi sunt, qui montes incolunt, inter Sabinos & Marsos, à Sabinis orti. Alteram Belgæ vocant gehæckelde Kool, sive foliis fissis. Utra Theophrasti sit lectoris esto judicium: Non videtur selenitis ab ἀνθεψιλας diversa, quia omnes Latini & Athenæus crispatam folio apii discribunt. Tertiam sylvestrem Theophrastus vocat. Huic folium parvum, leve ac rotundum inquit esse, ramosque ac folia multa habere, succumque asperum & medicamentosum. lib. 7. cap. 6. Foliis minoribus caulisque scabrioribus constare, succo acriori, vehementiorique. Eodem cap. brasficam sylvestrem rotundiores ac leviores quam sativam gerere caules; foliorum appendicem illa latam, hæc habet rotundiorem, foliumque ipsum minus angulatum. Videt lector manifestam contradictionem, sed & videat quæ ad caput hoc annoravinus. Plinius lib. 19. cap. 5. Tertiū sylvestre atque huic, lævia quidem (folia) sed breviora ac rotunda copioſaque, atque fruticosa, sapor autem asper & medicamentis instar ad eliciendas alvos. Idem lib. 20. Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis & simplicibus, denſissimisque amarior, sed efficacissima. Cato loco citato. Item tertia, quæ κράμβη vocatur minutus caulis, tenuioribus foliis, & acerrima omnium est istarum, (amarior Plinius) tenui succo vehementissima. Notandum quod Cato & ex eo Plinius (ex Græcis enim antiquissimis non hauit) scribant hoc genus κράμβη vocari. An itaque reliqua genera κράμβη nomen non obtinuerunt? Contrarium ex Galeno probavimus. Dicendum hoc genus κράμβη iōpōz, nomen hoc audivisse. De hac intelligi debet vulgatum Græcorum adagium δέ κράμβη θάρσος. crambe bū posita mors. Ad hoc adagium allusit luvenalis satyr 7.

Occidit miseros crambe repetita magistros.

Exponit adagium hoc magnum illud Roterodamense lumen. Antiquitus scribunt in conviviis ad hibere solere, verū recetam adeò nauseam adferre, ut Græcis in fastidiū proverbium abierit. Quoties enim rem iterum atque iterum repetitam non sine molestia indicabant δέ κράμβη θάρσος, id est κράμβη διορθος. Sylvestrem brasficam his verbis describit Dioscorides. lib. 2. c. 147. Κράμβη αγρια φύτευσιν τον τον παραγόμενον κράμβην θάρσον, οικονομητον ημίρρωπον, λαρυγγον δέ την κράμβην κράμβην. Sylvestris brasifica ut plurimum locis maritimis præeruptisque nascitur: sativa similis, sed candior hirsutior & amara. Διανομη ex Plinio quis interpretandum dicet densior, frequenter, quia hirsuta, non læviora. Theophrastus, Cato, Plinius folia sylvestris, lævia & multa dixerunt. Fortassis diversum sylvestris hæc brasifica genus est à Theophrasti ac Catonis. Si quidem reperitur sylvestris quedam brasifica que sativæ minori, quam κράμβη Dodonæus vocat, similis esset, nisi hirsutior, albior, ac sapore amarior foret; folia siquidem, flores, & siliquæ satis respondent. Accedit quod in Zelandia hæc reperiatur altioribus juxta mare tumulis. Nec videtur Dioscoridis sylvestris cum Theophrasti convenire, siquidem Dioscorides brasficam sylvestrem sativæ similem scribit. Theophrastus folium tribuit sylvestri suæ parvum, læve ac rotundum, id est minus crispum & angulatum. Cum ex sativis nullum habeat folium rotundum. Videret etiam lector brasficam κράμβην Dodonæi (nostrates florozēn vocant) non esse sylvestrem Græcorum, quia foliis est crispis neuti quā rotundis parvisque, nec etiam multis caulis foliisque danata. Si brasifica perfoliata plura haberet folia ac caules, optimè conveniret; & fortassis alibi copiosioribus caulis & foliis provenit. Illud etiam indagandum, an halmy-

Brassica campestris Clusii.



Brassica cauliflora, aut Florida Botriitis
Lobel.



ris Eudemus apud Athenaeum sit sylvestris brassica Di-
oscoridis, aut Catonis. Viris doctis sic placet; quia Di-
oscorides sylvestrem in maritimis nasci scripsit: differre
tamen probatur, quod Dioscorides sylvestrem amaram
dicit, halmyridem Eudemus sapore gratum. Εύδημος διαθέτει τον πόλει λαχανὸν κράμβην φυτόν εἶναι χέρι τῆς τεκτονικῆς, αλμυρόν καὶ λείον φύλλα καὶ σπερματίν τὸν ἐπιδούντα πεπτικάδαν τὴν αλμυρίδαν. Φύτευτον εἰσιτεῖσθαι καὶ κύμην, οὐ πόδες ἐπὶ τῷ κυνίδῳ, καὶ φίσια. Eudemus Athenensis libro de
oleribus inquit esse tria genera brassicæ nimirum quod hal-
myrida vocant, quod levibus est foliis, & apianum. Hal-
myridem gustus voluptate censeri primam omnium. Nasci-
tur in Cumis, Rhodo, Eretysa, Cnido, Epheso. Hac etiam
de causa nec Theophrasti, nec Catonis sylvestris brassi-
ca esse potest; succum hęc asperum & medicamentosum
habet. Fortassis Halmyris dicta, quod locis salis pro-
veniat, Theophrastus lib. 2. de cauf. cap. 6. brassicam
humore salso juvari, ac optimam fieri scribit. Locum
adeat lector & videat annorata. Ex Plinio lib. 19. cap.
8. alia brassica genera veteribus cognita fuisse, discere
licet. Pompejanum procerius caule ab radice tenui, intra
folia crassescit. Rariora hęc angustioraque, sed teneritas in
dotę, si. (legit Dalcampius sed) frigora non tolerat. Viri
docti genus hoc putant, eam esse quam caulifloram vo-
camus brassicam. quod affirmare nequeo, sed in me-
dio relinquo. Nescio enim utrum procerius hoc ge-
nus nascatur. Hyemem, superasse nondum observavi,
saltem primo anno reliquis non majus. Illud probare
videtur, caulifloram non esse Pompejanā; quia Italā est
peregrina, sic enim dicta est à natali loco. Columella.

Quæ dulcis Pompeja palus vicina Salini.
Herculeis, siveoque siler qui destituit amni.

Vocat Pompejanam à Pompejanis Campanię populis
qui prope Neapolim fuerunt. Sed caulifloræ semen, A-
lepo defertur: quod singulari cura coli vult, alioquin
caulem statim producit & semen, ex qua Sabauda na-
scitur. Quæ brutiana & aricinis, vocatur Belgis, mihiique
incognita est. Ex Plinio harum Historiam petat lector,

Brassica capitata alba.



& Columellæ Hortulo. Quas vulgo capitatas voca-
mus ad Cumanam pertinere arbitrantur; nisi forte ad
lacuturres, ut Columella vocat, & turri lacus inquit
Plinius loco citato. Nuper subiere lacuturres ex convalle-

Aricina, ubi quondam fuit lacus: turrisque qua remanet; ca-
pite prægrandes, folio innumeri, aliis in orbem porrecti, aliis
in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitis post Tritannum,
cui pedale aliquando conspicitur. Et cyma nullis senior. Hec
Nicandro ac Galeno κεφαλωτὸς γαγγῆ dicitur. Quam bra-
ssicam caule rapum gerentem vocant, ex initione bra-
ssicæ in rapam provenisse credunt. In excavata rapam

Rapa brassica.



brassicæ repositum semen producitur, quum enatum
est, brassica infidens rapæ quæ suo tempore floret, ac
fert semen; unde nova quam non invenerat natura pro-
pagatur planta. Et hęc de brassica.

Τεττλον, τύτλιον, σετλον, ab impulsu dicitur, quod facia
lē excrescat; cultus enim ratione arboris incrementum
capescit, teste præceptore lib. I. hist. cap. 5. & 14. Be-
tae nomen accepit, quod figuram litteræ B dum semine
target referat. Columella lib. 10.

Nomine tum Grajo, ceu littera proxima prime
Pingitur in cera docti mucrone magistri,
Sic & humo pingui ferrate cuspidis iactu
Deprimit folio viridis pede (radice) candida beta.

Nostrates betæ & betæ à Latinis deducto vo-
cant. Beta radicem Simoni Sethi σετλόνερον appellare
placuit. Inter olera à Theophrasto & veteribus numera-
tur, sed propter insipiditatem non nisi vino ac pipere
conditā antiquitus utebatur Martialis.

Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sępe petet vina, piperque coquus.
A betæ mollitię berriare dicantur qui languent, uti
apud Augustum salsa Catullus,
Languidior tenera cui pendens ficula beta,
Nunquam se medianum sustulit ad tunicam.

Animadvertisendum ficulam de virilitate dici, forma
diminuta à sifa, betam barbari & officinæ ficulam, ut
dixi, à sifa, non, uti quidam putant, à ficula præstantissi-
ma beta, cui nomen à Siciliæ insula, in qua optimè pro-
venit. Betarum notæ ex variis Theophrasti locis pe-
tendæ. Lib. primo cap. 16. carnosæ folia, sed carnem in
latitudinem distendi, non in rotunditatē crassari. Cap. 8
caulem carnosum esse. Cap. 9, radice cohære singulare
Lib. 7.

lib. 7. cap. 2. Iculenter betæ discribit radicem; eam di-
cens esse singularem, longam, rectam; videat lector lo-
cum. Cur dulcis betæ radix, reliquæ vero partes insi-
pidæ; causam dat lib. 6. de cauf. cap. 6. Hanc ob causam
nostrates hybernis mensibus, betæ rubræ radicibus,
corice exutis, ac coctis, sale & pipere asperso libenter
vescuntur. Carnosam esse radicem l. 7. cap. 4. scriptum
reliquit. l. 7. c. 1. quo à satione proveniat die. Addit, ex
vetustiore citius quamrecenti provenire semine. Ra-
tio videtur quod semen recens non satis elaboratum
ac coctum sit, temporisque tractu maturescat. lib. 7.
cap. 6. semen ad perdurandum satis esse firmum, cor-
tice enim obducitur Lib. 4. de cauf. 7. & 3. semen aliud
eodem tempore satum diversis germinare tempori-
bus, aliud die sexto, aliud decimo, aliud post men-
sem, aliud anno denum elapsò. videat lector quæ an-
notavimus ad loca dicta. His fere notis betam delineat
Theophratus, cui duo betæ genera cognita, candida
& nigra: candidam sicutam appellari, ac nigra præstan-
tiorem esse, sed nigram copiosioris esse semenis. Idem
Athenæus lib. nono ex Theophrasti hoc ipso loco scribit.

Quod ubi scribat Theophrastus, nondum scire licuit
in ἡ συντάξει τοῦ, φασι τὸ πόλων ισι. Idem auctor est, συντάξις,
interpretes τούτην, quasi betulā dicas, δέ τοι τούτης differ-
re. Sed hoc alio quodam in libro jam desperdito scrip-
fit. An seutlomalichion Geoponicā auctoris lib. 12. capi-
te, sit spinacia, sic dicta quod instar malvæ mollis sit, se-
mina vero betæ spinosa, vel, quod sit folio betæ? Eu-
bulus loco citato apud Athenæum quatuor betæ ge-
nera tradit. οὐδὲν εἰ τοῦ περὶ λαχανῶν, πεπεριγένειον φαῖται,
ἴηται τεττάνω παντοί, τεττάνω, λαχανῶν, πεπεριγένειον. Εἰ τοιούτη
λαχανῶν φαῖται. Eudemus libro de olerisibus esse betarum 4 gene-
ra tradit. Sessile (alii ἐμίσοι, cui opponitur κρυπτοτενετον vulsi-
le) in caulem erectum (furculosum Hermolaus) candi-
dum & ubique vulgare quod colore fuscum est Theophras-
tus nigrum vocat. Quid nigrum botanicis sit, alibi expo-
suimus. Plinius lib. 19. cap. 8. Beta hortensorum levissi-
ma est, ejus quoque à colore Græci duo genera faciunt, ni-
grum & candidum, quod præferunt, parcissimi seminis, ap-
pellantque Siculum, candoris sine discriminè præferentes
& lactucæ. Nostræ betæ genera faciunt vernum &
autumnale à temporibus sativis (verus cod. sativus) quamquam
& Iunio seritur. Recentiores betæ nonnulla agnos-
cunt genera; est alba bera, sive pallescens foliis cæteris
grandioribus, atriplicis aut hortensis ruminis ferè simi-
libus, per ambitum leviter fibratis. Variat foliorum
colore viridi, vel obscurò magis virescente, quam ni-
gram vocant adversariorum Auctores. Reperitur bera
rubra vulgaris, & radice rapè, quam Seustostaphylinum
quidā vocant, alii rubram Romanam, quidam erythro-
riron; vulgata satis utraque, & in uluum recepta. De-
scriptib[us] Bauhinus betam semine aculeato, Dalecampius,
πλαστικού, quas nunquam vidi, nec semen habui.

La^ttuca Græcis θριδά & θριδακίν fortassis τῷδε τῷ θρία
quod folio fculneo sit, ut pote lactis non experte. Aliud
etymon ethymologici adfert auctor, & verisimilius
θριδακίν iūds μαζές νομίσαται τοι τῇ θέρε πάντας, θριδακίν
τοι μαζέλιον. Notandum tamen, sylvestrem lactucam
propriè θριδακίν, sativam θριδά vocari, Galeno lib. 2.
καὶ τόπος Cap. primo, teste καὶ θριδακίν εγκαύτη τοι καὶ τὸ αὐτοῖς
τὸ iδίως ὀνομίζεται θριδακίν. τὸ γὰρ καπνού φέρει ὄνομα ζετούσης θρι-
δάρα. La^ttuca tum hortensis tum sylvestris quam propriis
thridacinen Græci appellant: hortensis enim thridaca vo-
cant. Idem fere repetit lib. I. καὶ θριδάν cap. 4. αἰδὲ ιντο-
περος ὁ τὸ θριδακίν κυδάς στε τὸ αὐτοῖς καὶ ὡς τὸν καπνού φέρειν, τὸν
ταῦτα, οἱ λάχεις οἱ γῆραι οἱ θριδακίν, αἰδὲ θριδάρα πεποιηγέτειον
τὸν αὐτοῖς μόνον θριδακίν οὐ μετάποτε. Sed acquisiitu facilis
lactucē success est, tum agrestis, tum hortensis: quam uni-
versi Græci hujus tempestatū non thridacinem sed thridaca
nominant, agrestem solam thridacinem appellantes. Anti-
quis itaque Græcis tam hortensis quam sylvestris thri-
dacine dicta, etiam Atticis teste Athenæo, θριδάκη τούτη
αἴρονται θριδακίνην καλέσον. θριδακίνος οἱ ἵπποι σπάθες. Recen-
tioribus sylvestris περιγένιν dicta est. Hesychio περιγένιν
τὸ αὐτοῖς θείδαρα. Idem testatur Pamphylus apud Athe-
næum περιγένια οἱ περιγένιν. Græco-Barbaris etiam
μαζέλιον lactucam dictam lego. Suidas θριδακίν τὸ περι-
γένιον μαζέλιον. Hesych. θείδακας οὐδὲ μαζέας τῷδε αἴρονται,
τὸ αὐτοῖς θείον θείδακας, οὐδὲ μαζέλιον. Alii non μαζέλιον, sed
μαζέλιον vocant; verum depravatos codices viri docti
scribunt, uti etiam geponicā auctoris, apud quem lib.
I.2. cap. I. non semel μαζέλιον legitur. Objicit quis, μα-
ζέλιον vel μαζέλιον non denotare lactucam, quia Geopo-
nicā auctor loco citato μαζέλιον & θείδακας (sic illo saeculo
I. neebantur) tanquam diversa ponit. Metaphysicēται τὸ μα-
ζέλιον

ελιν παχάδη, Φρυγανικὸν πολύκλανον. Legendum ἐπὶ τελεό-
και δικρόδιον vel δικρόδιον, uti, paulo infra scribitur. καὶ δικρό-
διον επειτὴν, μίγτινος, ex lactucis dicardion ac rigidiorum.
Sic viri docti. Ego μαθέλιος & θριακίνης lactucam qui-
dem esse concedo; sed μαθέλιος pro vulgata lactuca, &
θριακίνης pro parva quadam lactuca, foliis lactucæ pri-
mum prodeuntibus simili, agnosco. uti Galen. lib. 2.
de alimentorum facult: cap. 40. scribit. Verba Galeni
videat lector infra capite 11. de chondrilla. Sed lactuca
Galeni sylvestris planta est, Quare virorum doctiss.
lectionem non improbo, ni confiter, lactuca illud genus
à Græcis recentioribus cultum. Lactucam dixerunt La-
tini, uti Palladius in Januario tit. 14. scribit, quod abun-
dantia lactis exuberet. Idem Varro lib. 4. vernacula
lactuca à lacte quod olus id habet lac. Apulejus nomen
acepisse scribit, quod lactis copiam commanducata
mulieribus augeat. Probabilior Varronis, Palladiique
sententia. Lactucæ descriptio ex variis Theophrasti lo-
cis peti debet lib. 1. cap. 16. foliis jam perfectis caulem
emittere. cap. 9. aquoso constare succo. Obiiciet quis,
lactucam à lacteo succo nomen acepisse, quod hoc ca-
pite quarto restatur. Conciliabuntur hæc loca, si
dicamus præceptorem lib. 1. agere de foliorum succo,
(caulis enim & radix lactescunt.) de caule lib. 9. cap. 8.
Theophrast. lib. 9. cap. 2. caules regerminatos esse lusa-
viiores ait: cap. 3. translatam breviores babere quam
satam radices, cap. 3. semen lanagine obductum esse,
lib. 2. de cauf. cap. 20. tusam ac detonsam meliorem
fieri. Lactuca alia sylvestris, alia urbana est. Differt ab
urbana, uti lib. 7 cap. 3. inquit, quod breviorem sylvestris
habeat radicē, & multicaulior sit. cap. 6. folio brevio-
ri esse, quod cum consummatum est aculeatur, brevio-
remque gerere caulem, succum acrem habere ac medi-
catum, nasci inter arva. Locum ipsum adest lector. Sa-
tivæ lactucæ genera plura sunt. Aliud candidum, lati-
caule aliud, rotundicaule tertium, quartum Laconicum.
Hunc de generibus locum nec Plinius, nec Athenæus fa-
tis fideliter, ni mendosi codices, exscriperunt. Athe-
næus quidem lib. 2. ubi scribit Θεόφραστος ἐπὶ φυτῶν τε θερα-
πείαις ἡ λατινή, γλυκυτέρα καὶ απλωτέρα, οὐ δὲ τύπου τελική, τοῦ τάλαι-
πουλος, τοῦ τροχυλοκαυλού. Non scriptis Theophrastus alba
lactucæ genera tria esse, sed præter albam alias esse
tres. quare non dubito quin Athenæus scriperevit οὐδὲν
ιστὶ ἄλλα τελικά & vocē τελικά. & vocē ἄλλα exscribētis negli-
gentia omittas. Nec satis fideliter Plin. lib. 19. c. 8. hæc
Theoph. de generibus lactucæ reddidit. Lactucæ genera
tria fecere Græci, unū laticaulis; adest ut hostiola olitoria ex
his faciliatè prodiderint. Folium hū paulo majus herbaceo
& angustissimum ut alibi consumo incremento. Alterum
rotundicaulin, tertium sessile, quod Laconicam vocat: Theo-
phrastus non tria sed 4 recenset genera. Non arten-
dit Plinius ad verbum ἄλλα, vel anagnostes non legit,
Alia tria præter candidum inquit esse; ergo sunt qua-
tuor, de laticuale addit Plinius, folium hū paulo minus
herbaceo. Hæc apud Theophrastum non leguntur. Ex
verbis Theophrasti male intelectis, & aliorum perti-
nentibus, eas sic concepisse Plinius scribit incomparabi-
lis vir Claudius Salmasius. τῷ δὲ τάλαιπων τύπῳ — στοιχο-
τελικοῦ. Postrema hæc quasi ad superiora pertinenter, de lati-
caule genere accepit, & ποσδές πρὸ ποσδές perperam legit,
vel legi audivit, deinde imaginatus est, lactucam tam vasti
caulis ideo angustissima folia habere, & paulo majora her-
baceis, quia alibi insumeretur incrementum, in caule nempe
nutriendo. Atqui est hæc Theophrasti præter supra memo-
rata genera; genus illud quod multo succo manaret & brevis
admodum folio esset, & caule candidiore, simile esse agrestis.
Nam agrestis lactuca breve habet folium. Suspiciatur idem
Doctissim. Salmasius. hæc de rotundicaule scripsisse
Theophrastum: de tertio genere Laconico non posse in-
telligi, satis clarum, est, Statim enim adiecit ἀντὶ δρό-
φυλλων. Mox reddit ad laticaulem τῷ τάλαιπων. Ergo quæ
sequuntur τῷ δὲ ποσδές ad secundum genus referenda
sunt. Quæ laticaulis hæc lactuca sit ignoro, nec ad re-
centiorum cognitionem pervenit. Ineptè omnes ad
ostiola olitoria, rotundicaulis ni sit, quam Cappadociæ
Columella vocat. Sed hæc folio candidior, uti mox di-
cam. Laconicam lactucam sessile inquit. Atqui Theo-
phrastus Laconicam recto & procerò thyro describit,
stolonibus carente. Atqui sessilis lactuca dicitur quod in
alium non assurgat, nec in caulem crescat, sed in lagu-
dinem potius, & in plano se spargat. Dicendum pro-
Plinio; sessilem non natura, sed arte fieri, quod Theo-
phrasti temporibus fortassis non siebat, ac ex generi-
bus quæ Græci noverint hoc solum sessile arte reddi.

Negare tamen nolim candidum non esse sessile. Sed hec exercitii, gratia. Geopon. Auct. lib. 12. cap. 13. in de Boenles Θείδωρος ποιηση φιλαπότης οὐ πολυφύλων, καὶ μὲν σάκουλης, ἀλλαχαὶ μετέγγιλος ἔντον, μεταφυτεύσας αὐτὸς, ποτὲ, ὅπα δὲ μίσθιος παλαιστίος ἔχωσι, πελορύζεις αὐτὸς αὖτε φαινόμεν τὸν ἄλλον, περιπλαναστὴν πότερον τετράποδον, περικύνον τὸν βλαστὸν ὀχυτάτῳ σιδηρῷ καὶ ἐπίπονος ὁρογόνοις αἴποστοι, οποῖς εἰς τὸν πλάγιον τὴν ἀνέστην, καὶ μὲν εἰς τὸ μῆκον δαμβάρων? Si τοῦ λακτυκας facere sessiles & foliosas & in caulem non ex crescere, sed humiles & ad terram de pressas esse, plantatas rigabis; cum autem altitudinem parvi palmi habuerint, circumfodies ipsas, ut apparent radices, & sternore bubulo recenti obliteras obrues, & statim rigabis ubi auctem increverint, germen acutissimo ferro finde, & testam non picatam impone, quo in latitudinem & non in longitudinem augmentum capiant. Idem Columella docet lib. 11. cap. 3. Quæ quo tardius caulem faciat, cum aliquid incrementum habuerit, exiguum testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinem se diffundit. Hoc genus lactucæ Ibizus eunuchum vocavit Athen. lib. 2. Ιβίζιος δὲ πυθαρέεις τὴν ἑταῖρον Φοῖο Θείδωρον φιλαπότην πεπονίαν ἀκρυλον, τοῦ μὲν τοῦ πυθαρέειαν λίγαδεις ἴνονχον, τοῦ δὲ τοῦ γανάκων ἀσπιδα. διορθησίν τοῦ πυθαρέειαν λίγαδεις παρασκευάπι, καὶ εκλυτον & τὸ αὐθεδοσία. Ibizus Pythagoricus eam lactucam quæ latris est natura foliis, ac distentis, & sine caule eunuchum à Pythagoricis vocari scribit; à mulieribus vero astytyda; quia cies lotium & Venerem habet. Apud geponicos auctorem non astytyda, sed astyda legitur, συνοντίας δομητικής οὖτοι πυθαρέειοι ινάχοι ἀντί την καλούσσον, οἷς δι γυναικῶν ἀσπιδα. Legendum existimo ἀσπιδα. Apud Plinum lib. 19. c. 8. astytyda legitur; sed codex ejus depravatus admodum videtur. Rotundam verò ac minima radice, latis foliis, astytyda, quidamque eunuchion, quoniam haec maximè refragetur Veneri. Est quidam natura omnibus refrigeratrix, & ideo aestate grata. Stomacho fastidium auferunt, cibique appetitiam faciunt. Divus certe Augustus lactuca conservatus in aegritudine fertur, prudentia Muse Medici. Cum priores caverent, religione nunc omni caret, in tantum recepta commendatione &c. Locum hunc corruptum esse quilibet videt; partem posteriorem sic restituit Pintianus. Prudentia Muse Medici suis, cum priores eam Medicis minime commendarent; reliqua superflua esse putat. Ad hujus sententiam proxime accedit Doctiss. Claudius Salmarius. Apuleius, inquit, nobis integrum, lectionem ac sinceram conservavit, in cuius antiquissimo exemplari, de remedis salutaribus, ita scriptum invenio. Divus certe hac lactuca conservatus in aegritudine fertur, prudentia Muse Medici, cum prioris Camelis religio nimis ei abnegaret. Camelus, vel Camelius nomen fuit prioris Medici. In priore hujus loci parte astytyda legendum esse, extra dubium est. Nam astylis herba est quæ viscum fert, teste Hesichio. Αὐτὸς φυτὸς ὁ ὕψος. De hac alibi. Αὔτης lactuca dicitur, quod Venerem moratur & nervos laxat. Vel sic dicta sessilis lactuca, quod in caulem non assurgat. Nam σόλος caudicem, vel truncum denotat. Hesychius σόλος, σίλος. Priorem sententiam antiquiores omnes amplectuntur. Eustathius σόλος τὸν σένεξον qui hoc est, intendere priapum nequit. Eleganter Amphis in Alemo.

Ἐν ταῖς Θεραπείαις ταῖς κάκις, διπλαλυμέναις,
ἀς εἱ Φάγοι τις ἀντὸς ἐξήνοντ' ἐτῶν,
ὅποι τε γύναις θαυμάνοι κοινωνίαν,
ερέφοιτ' ὅλην τὴν νύκτα μηδέν τι πλέον
ῶν Βούλετη δρῶν ἀντὶ τῆς θεωρίας
τὴν χειρὶ τείβων τὴν αναγκάιαν τούχην.

Inter lactucas quæ pessimè pereant,
Has si quis edat vel nondum sexagenarius;
Consuetudinem cum foemina is nunquam habiturus est,
Verum totam noctem hic illuc convertitur, nec ideo magis
Perficit quod optat ejus opera vice (concupitus Veneris)
Necessariam sortem manu terens, id est pudendum fricans.

Hinc adagium, necessariam fortunam terit. Contrarium fortasse quis probabit, nempe lactucam ad venerem conducere, quia sanguinem copiosum generat. Columella.

Iamque salutari properet lactuca sapore,
Tristia quæ relevet longi fastidia morbi.

Antiquis persuasum fuisse multum sanguinis lactucam lignere, ex lib. 2. de alimentorum facultatibus cognoscere licet; sed hi loc. cit. reprehenduntur; αἵ τις
τοις οὐτην φασι γεννᾶν, τοιού δι οὐκ αἴτιος αἵμα λίγενον, ἀλλα
πολὺ αὐτογένειαν, πολὺ γεννᾶ αἵμα λίγενον τὴν Θεραπείην αλλα

δύνται τοις ή φθοριμάπεροι ιγναθέστ, μείζονα γε φυσικην τὰς ιτι-
ερον. Sanguinem enim ajunt lactucam generare, aliis vero non
simpliciter sanguinem dicunt, sed multum adjungunt, la-
ctucam multum sanguinem generare affirmantes, at etiam
si prudentius ipsam accusant, magis tamen mentiuntur.
Venerem sua frigiditare extinguerè, notū est. Nec du-
bitat Galenus lib. 3. de simpl. med. fac. cap. 18. affirmare,
succo lactucæ tam facile tolli posse aliquem quam
cicutæ. Αλλα διοτι τῇ τοις θεραπείαις ιτιάρχει. Τείφωνι τοῖς
άντης τοὺς ἀθρόους ιδιόμενα συμμίγεως οὐ δι οὐδὲ θλυφούς αὐτούς
τοὺς χολὸς καταρροφότοις τοις διψήλοις, τοις αὐτοῖς τελιγένεται
τοῖς τὸ κώνιον η μηκώσειον περιστροφήσαιος, οἷς οὖν τὸ θριδακίν
φθαστοῖς ωρῶσται τοῦ κρεδίτου αὐτοῖς, περθέσαι δι τερψήν γί-
νεται τοῦ ζενον. Sed quale lactucis accidit, quippe qua mode-
rato esu hominem nutrit, at si quispiam expressum earum
succum largiter hauserit, non secus profecto morietur, quam
qui papaver aut cicutam sumperint. Sic lactuca si cor re-
frigeraverit, interimit; si concoquatur, alimentum animalis
efficitur. Non de omni lactuca hoc accipiendum, sed
de lactuca sylvestri, qua odore est opii, de qua mox.
Et hæc de lactucæ generibus antiquis Græcis cogniti,
videamus quæ latini describunt. Plinius loco citato:
Alii colore & tempore satus genera discrevere: Esse enim
nigras, quarum semen mense Ianuario seratur: albas. quarum
Martio, rubentes quarum Aprili. Et omnium earum
plantas post binos menses differri. Diligentiores plura ge-
nera faciunt, purpureas, crispas, cappadocas Græcas: longiori-
bus foliis, caulisque lati, præterea longi & angusti in-
tubis similes: Peppatum autem genus cum exprobatione
amaritudinis appellavere picerida. Est etiamnum alia di-
stinctio areæ que meconis, vocatur & copia lachis soporiferi,
quanquam omnes somnum parere credantur. Apud anti-
quos Italia hoc solum genus earum fuit, & ideo lactuca
nomen adeptæ. Purpuream maximæ radicis Cæcilianam
vocant, rotundam vero &c. Sequitur, Est etiamnum que
vocatur caprina lactuca, de qua dicimus in se medicas. Ecce
cum maxime cœpit irreperere sativis admodum probata, que
Cilicia vocatur, folio Cappadocæ, nisi crispum latiusve effet.
Hæc examinanda. Alios, inquit, colore & satus tempore
discernere. Columellam tangere videtur, apud quem
puriora, nitidiora, ac clariora omnia. Hic lib. 11. cap. 3.
Sunt autem complura lactucae genera, que suo quoque tem-
pore seri oportet. Earum que fuscæ & veluti purpurei, aut
etiam viridis coloris, & crispæ foliis, ut Cæciliana, mense Ia-
nuario, recte differuntur: at Cappadocia, que pallido & pexo
densoque folio, viret mense Februario; que deinde candida
est & crispissimi foliis, ut in Provincia Boetica est finibus
Gaditanæ municipi, mense Martio recte pangitur. Est &
cypris generis ex albo rubicunda, levi & tenerrimo folio,
que in Idibus Aprilis commode disponitur, Idem in Hor-
tulo,

Altera crebra viret, fuscæ niter altera crine,
Vtraque Cæcilii de nomine dicta Metelli,
Tertia que spissa, sed puro vertice pallet.
Hæc sua Cappadocæ servat cognomina gentis,
Et mea, quam generant Tarthesi littore Gades,
Candida vibrato discrimine, candida Thyrso est.
Cypros item Paphio, quam pinguis nutrit in arvo
Punicea depixa coma, sed lactea crure est.
Quo facies, totidem sunt tempora, quanque serendi
Cæcilianum primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamque premit ferali mense lupercus:
Tuque tuus Mavors Tarthesia pange Calendis,
Tuque suis Paphien iterum jam pange Calendis,
Dum cupit & cupide querit se jungere matris,
Et mater facilis mollissima subiacet arvo.

Ex his viridem, fuscamque Cæciliæ dictas esse cogno-
scimus, ut pallidam Cappadocam; quæ ex Plinii verbis
neutiquam colligere licet. Geponicus auctor lib. 12.
cap. 1. quo docet quid singulis mensibus serendum sit,
& quid plantandum juxta Constantinopolitanum clima,
diversa lactucae genera recenferet, & quo mense seri de-
beant docet, μετ' Φιλονεύσιον σπιρετη — μετεύλια διάφορο,
τούτης δικρόδιο, (fortè δικρόδιο, ut infra) Φευκαπηνός, θικη-
νός. Quæ hæc sint genera, explicari vix potest. Nomina
enim nuda ponit, nec id ex sationis tempore cognosci
potest. Etenim δικρόδιο & δικρόδιο mensibus Martio &
Aprilis serendum scribit, & δικρόδιο non tantum illis
mensibus, sed Maio & Iunio etiam serendum præcipit.
Si divinare licet, dixerim δικρόδιο capitatum lactucam,
esse sic dictam à dupli corde ita & hodie hujus lactu-
cae cor vocamus, illud quod intus habet spissum & coa-
ctum. Cæciliana lactuca videtur, quana Dodonæus cri-
spam

Lactuca Crispa.



Spania vocat, hujus effigiem addidi. Cappadocia foliis latioribus & paulo angustioribus variat, habetur alba & rubra. Hæc vero durior est Cappadocia, quam sativam Dodonæus vocat; dico folio exit oblongo, lato, laevi, diluteque virenti. Boëticam Dodonæus putat esse quam capitatum vocamus, quod neutiquam probo. Columella etenim folio inquit *crispissimo*, tale non habet hæc folium. Dubitant viri docti an Boëtica hæc sit ea quam candidam dixit Theophrastus. Ex crisparum genere ea videtur, quæ maxime crispa & alba. Ea est quam Italij *lactuca crespa* di S. Girolamo vocant. Folio est criso & per ambitum laciniato, candidissima, tenerrima, ac omnium dulcissima perhibetur. Ex Hispania advehitur. Cypria à Dodonæo descripta est, ex albido rubicunda, fulci ac veluti purpurei coloris. Forte rubens hæc Plini. Brenthin à Cypriis vocari apud Athenæum legitur. ubi etiam fabulam quandam narrat: *Nic. opes d' o n o o f o n i. Θεοντιρη γλαυστων βεβεντι λεπαδαι φυτον τοδι κυνισιον θειδαν, ον αδωνις κριτωρον ταν τεν κριτου διεθειρ. — μη Καλλιμαχον ον φυτον ον ή Α' Φερδιν τοι αδωνις το θειδανην κριφειει αλληγεργυται ταν ποιηται, ον αθενεις ιητας α' Φερδινοι οι συνεχοις χωρμενοι θειδαναι. — Κερπον οι φυτον Φάνων ιργαδεισαι την Αφροδιτην ει γελαις θειδανισαι αυτον διπηρειν; Nicander Colophonius in glossis libro 2. inquit, lactucam à Cypriis vocari brenthin, eam scilicet quam Adonis cum avide in cibum sumpsisset, ab auro est interfectus. Callimachus refert, Venerem Adonin in lactucis occuluisse, ea quidem allegoria Poetis innuentibus, qui assidue lactuca vesicuntur ad Venerem esse invalidos. Cratinus inquit, Venereum cum Phaonem depireret, in pulchris lactucis cum abdidisse. Pessimum, inquit Plinius genus, quod picroda vocant. Theophrasto & Dioscoridi intybi genus est πικρη, non lactucæ. Sic solet confundere omnia Plinius. Et intybi genus esse ipse fatetur lib. & cap. 22. Qui lactucæ quoddam genus μηκων, præter Plinium & Apuleium vocari scripsit, reperi neminem. Apud Apuleium non atra, sed alba legitur. Lactuca alba μηκων vocatur à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere creduntur. Vir magnum ex hoc Apulei loco Plinii codicem corrigit, ac pro atra legit alba. Idem vult Plinium confundere hanc cum alia herba multo lacte manante, quæ μηκων & μηκων dicuntur, vulgo peplus. Huic sententiae libenter subscriberem, nisi nota satis esset nobis*

Lactuca atra, meconis Plinii.



lactuca quædam agrestis, opii odore. Hæc primò vere ab erumpente semine folia emitit oblonga, tenera, modice per ambitum sinuosa, è quorum medio caulis exit singularis, sesquicubitalis, aut interdum bicubitalis, teres, viridis, glaber & solidus, statim à terra fere ad cacumen folia præferens longitudine propemodum dodrantali latitudine bessem, (ut plurimum) excedentia, utrimeque in profundis brevibusque spinulis inæquales & serratos sinus excavata, colore superius atro virentia (ex Plinio itaque Apuleus, non Plinius ex Apuleo corrigendus) in viridi cinerea, à tergo, id est inferius, oblongis fragilibusque aculeis horridum, & spinosum dorsum habentia: anterior folii pars in mucronem desinit, nonnunquam tamen in rotunditatem exit; ramulos caulis supra sui medium producit numerosos, in quorum summitate copiosi, parvi, luteique flores capillamentis stipati, veris exitu se proferent, oblongis caliculis contenti, qui in pappos resoluti unâ cum oblongo & in fuso cæsiō semine avolant. Radice nititur semeltri, oblonga, foris in consistencia fusca, intus autē candida, antequam caulem edat tenera, postea verò lignosa. Abundat tota herba copioso, lacteo, & crasso liquore. Saporem habet vehementer amarum, & evidenter acrem, odore papaver imitatur, in incultis asperisque nascitur. Et hæc est lactuca atra, meconis Plinii. Sequitur & ideo lactuca non men adepta. Doctiss. Pintianus scribendum docet, & inde cognomen à lacte eis inditum. Salmasius verò, & ideo lactucis nomen adjectum. Lector quam voluerit eligat lectionem. Condonari vix potest, quod caprinam lactucam inter lactucæ genera numerat. Est enim plantatum facie tum viribus diffimillima. Plinius lib. 20. c. 7. Lactuca sponte nascentis primum est genus ejus quam caprinam vocant, qua pisces in mare defecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Hujus lac spissatum mox in aceto pondere obolorum duorum adjecto aquæ uno cyatho hydropicis datur. Locus Dio cordis ostendit satis de qua loquatur Plinius plâta. Tithymalos scribit is necare pisces lib. 4. c. 16. δοκιτεις δι και τις ιχθυς, κονις και διεις την οδαν ηγι οι περιγραμμινοι δι τη αιτιο δρασι. Latifolius tithymalus necat tusus aquaq; dilutus pisces, id quod & ante memorata tithymalorum genera præstant. Malè scribitur lactuca caprina, legendū ex Cellio lib. 5. c. 7. Marina, vel lactuca inquit marina quæ tithymallos à Græcis nominatur. Idē ferè lib. 2.

lib.2. c. 12. Non minori poena multandus quod lib.20.
cap.7. ifatis tertium lactucæ genus faciat. De fide su-
pra egi. Eodem cap. Lactucam alteram Oesopos Græ-
cis dictam asserit. Οἰωνος viri docti dictam volunt
τὸν εἶσεν τῷ ὀπὲι quod succo turgeat. Alii δὲ τὸν αὐτὸν id est,
τὸν λαππῆν καὶ ἐπεινάκτων dictam volunt, quod succo sit
ob amarorem ingrato, & de Sylvestri jam descripto
Plinium loqui scribunt. Alii à verbo ἀριγητε implere, Asodos
quasi succo lacteo plenam dictam malunt. Secunda opinio
maxime arridet. Et hæc de lactucis.

Animadverterunt viri docti nomen *civus* gene-
rale esse omnium Horariorum fructuum, peponum,
cucumerum, & cæterorum generis ejusdem: quan-
doquidem Galenus lib. 2. de aliment. facult. tradit,
negare ex medicis nonnullos, fructum qui pepon dici-
tur, simpliciter appellandum *nivora*. sed cum addi-
tione *civus nivora*, id est, *cucumeralem peponem*, ac si *niv-
ora* ex genere τῶν *civū* esset. Verba ipsa Galeni adfe-
ram: nam sensum horum verborum viri etiam doctissi-
mi non percepisse mihi videntur. οὐ γάρ τι πίπω φαντά, τὸ
οἶον πέπινος ἐσδίκιωται, πούτε τὸ πιπεριόν, οὐπέ ὄπιζης, οὐ
τοῖς ἀλλοῖς ἔσται πεπινίτης. οὐ γάρ οὐ βάτρυς δινιτης λέγεται πά-
πων, οὐτοις ἀχελεύθης γένηται πίπινος. οὐπέ γε καὶ οὐ μιδέπου πιπού-
της οὐ πίπων αὐτὸν μετέτει, αἰρόστε οὐ φόρτον οὐ εἰτε ὅπληρης πιπ-
ων καὶ τὸν πιπούτην λέγων. αἴτιον ηγετούσθι καλούτης συνιδεις
πίπινοι καρπάπερ οὐ μηλοπίτας, οὐ εἰτε περιάθρων, οὐ πίπινοι
λέγων. οὐδὲν πιπούτην οὐδὲν οὐδὲν μηλοπίταν οὐδὲν λέγεται πίπινος,
αὐτὸν τοῦτο φασι γῆγενα λέγεται συκονόπιπων. Nam
vox hæc πίπινον velut τὸ πίπων, id est, maturum significat.
Quod alius quoque que maturescunt convenit; Nam
Gracemus, cum exactè maturus est, dici potest πίπων, quem
admodum certè οὐcum nondum maturerit, non potest no-
minari πίπων, nimirūm qui crudus est οὐ immaturus. Ad
eundem modum, οὐ fructus omnes autumnales, οὐ pyra, οὐ
cucurbitæ πίπινος, id est, matura vocitari consueverunt,
quemadmodum οὐ melopepon, qui in se ipso πίπων, id est
maturum continet. Vnde medici quidam, non simpliciter
nominare voluerunt peponas, sed totum id *civus πίπων*, id
est cucumerem maturum, nominari oportere contenderunt.

Probare vult hoc loco Galenus, omnes fructus maturos, vocari πίπερα, ideoque quosdam medicos, ne error fiat, maturos cucumeres σικυόνια πίπερα vocare. Theophrastus lib. 3. cap. 12. hist. plant. satis aperte ostendit, πίπερα fructus maturos esse. Hippocrates non uno loco, σίκυον πίπερα matrum cucumerem vocat, ut lib. de fist. Αλλοσ οὖν πίπερος τὸ ἴδιον τεῖχος λιονταρίας εἰναι. Idem lib. 3. de, morbis σικυονίου πίπερος πάλη, cucumeris maturi farina. Idem lib. 2. de diæta, σικυονίῳ φυγεῖν τοῦ δυσπεπτι, διὰ πίπερον οὐρεισταὶ καὶ διαχωρίσσεται. Quoniam deinde εἰναι. cucumeres crudi frigidis sunt, οἱ οὔρη κοτύλες; maturi minguntur οἱ περ αὐλον σεcedunt, verum flatuosi sunt. Nullibi Graeci σίκυον sine additione pro pepone vel melopepone posuerunt. Ex his aliisq; locis male intellectis, scriptūt Plinius, lib. 19. cap. 5. In Italia virides (cucumeres) οἱ quam minimi in Provinciis quam maximis; οἱ citrini aut nigris. Placent copiosissimi Africe, grandissimi Moesia; cum magnitudine excessere pepones vocantur; Maturi pepones dicuntur, uti Graecorum scripta perhibent. Fortassis id scripsit Plinius quod maturi immaturis solent esse majores. Graeci tamen Barbari cucumerem peponem varocant Moscopulus, σίκυα οἱ νῦν idios πίπερες, καὶ τὰ κανένας πετράρχην εἰσεγεῖ. Et hic fortassis errandi occasionem præbuit, ac ex eo recentiores medici σίκυον nomen generale putarunt cui secus apud antiquos Graecos semper σίκυον πίπερα cucumerem matrum denotat, ac πίπερα tum non substantivum sed adjektivum est. Videndum, quæ planta τὸ σίκυον referat. Ex Theophrasto vix palam hoc fiet, ex Dioscoride probari potest cucumerem esse. Is lib. 4. cap. 154. σίκυον οὔρη θεραπεῖ μόνον διαφέρει τὸ ημεῖον σίκυον, ἐλασσονετολλών ιχνον, βαλανοις ἐπιτυκνον οὐσία τὰ Φύλλα καὶ τὰ καρπαθημένη ημέρα σύνοια. Sylvestrem cucumerem à sativo fructu solo distare ait, quem longe minorē, sylvestris parit, oblongis glandibus similem. Folia, sarmenta q; lativi referre, hunc sylvestrem cucumerem quem asinimum vocant, omnes uno ore affirmant Botanici. Hic folia & sarmenta fert sativo cucumeri similia; sed fructus, ut Dioscorides inquit, differt. Non itaq; σίκυον vel, ut aliis placet, σίκυον est planta, cuius fructum vulgo anguria vocamus. Anguria profundis incisuris, folia fert, quibus sylvestris cucumer caret. Illud tamen negari non potest, αγγούσιον vel αγγούσιον Graecorum recentiorum, σίκυον antiquorum esse. Simon Sethi αγγούσιον τὰ λεγόμενα σικυα, κατὰ κανέναν δὲ πετράρχην οὔρην οὔρην εἰναι; anguria, quæ cum eris dicuntur vulgo, tetragra frigida sunt. Ex Suida insuper probatur σίκυα τὰ

πτράγγουσα, Constantinus de administratione imperii πτεργγουσαι δε καλειται τοις αυτοις εκεινης ουγγουσαι. Σινον vel σινω (sic enim teste Athenaeo Attici dicunt) nomen accepit παρα τοις ουγγαι και κυνεις. αναγνωρισcribit Athenaeus φρον δημητριον οικισαν επειγητην πανορμουσαι δεοντον ενειδεις και κυνεις, οευπηκται γραψαντεις; Demetrius ixion lib. 1. etymologiarum scribit ουγγαι dictos fuisse, a verbo ουγγαι quod concutari significat, & κυνεις quod est vel osculari, vel utero gerere. Quoniam eo cibo Venus acceditur. Nihil hoc etymo falsius, frigidum enim esse cucumerem, tota medicorum schola affirmat. Galenus lib. 1. de facult. simpl. quinto. cap. 23. ουν δι ψυχει πιφυκει ιδιοπατηται ων φραγκα, πακνισται και πυργηται και τειπον ιεραζομεναι τοις σπέρμαι, πητη παποχηται αντα δημητρι, επει τοις φθειριται ηγει — προλογοις και μοσχης και μιλοκηταισιν ειπενται και σινον ιντη και πινονται ηπει τη μη πινονται ειπον. Ceterum que refrigerare sunt nata, tum edulia, tum medicamenta, semenza cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsi sum supprimenter, non autem corruptem; nempe cucurbita, mora, melopepones, cucumeres, tam maturi quam immaturi. Id ipse Athenaeus ex Diphili testatur auctoritate σινω ψυκης ουπικην — αφεγδοντει ιφεπικης. Respondent viri docti ex adverso, sic dictam, nempe quod concubitus sedet, aperte tamen satis, οευπηκται inquit Demetrius. Dicendum, Athenaei, cocidem hoc loco corruptum esse, litteramque unam alterius loco positam. Litterae itaque unius mutatione dico, οικον α ουγγαι και κυνεις dictum, quod motum & progressum in ulteriora significat, quia cucumer οργανωται, late funditur. Ορμη enim alacritas, impetus vis quaedam, qua ad agend um impellimur, ομοιομη profissior, sic scribendum est & hoc verum ejus etymon esse ex Eastathio lib. quinto Iliad. probatur, ειν τοις ουγγαις η γενη ουγγαις και τον κυνειν ουκην ειν τοις ανταις δε και τοις παλαισταις ο σινων ειπε μενιδειον η τροπη δικρανη. Hæc in memoriam revocant adagium, quod apud Athenaeum est libro citato σινον τελευται γερανη την καλανην φανται cucumeres vestens mulier lanam texe. Hoc adagium sic exponant Botanici, textrices, ex Aristotele ut dicunt, parte plurima veneres & impudicæ sunt, ut ergo impetus ille frænetur & elanguescat, adagium edendos cucumeres textricibus confulebat. Venereorum aviditatem cohibere, loci supra citati testantur. Alia, tamen Eralmi expositio, qui verba inquit esse mariti, jubentis ut uxori tenui contenta victu, opus suum peragat. Verior prior nobis videtur sententia, nec contemnenda Casauboni; admonitas fuisse hoc adagio mulieres, quarum opera vestes olim confectæ, ut cum maturus foret οινων, de hyeme cogitent, & parandis familie hybernis vestibus; cuiusmodi est lana. κλαιεις enim Graecis indumentum hyemale, ut in proverbio κλαιεις εις θηρια βασις. Heraclitus Tarentinus, ut loco citato Athenaeus, cucumerem ιδιογνων vocat. ιδιογνων δοτονται πινον ει τοις ουγγαισι ιδιογνων κυδεις τι οικον Heracleides Tarentinus in convivio cucumerem ιδιογνων vocat. An sic dicta quod suavis est terra prodeat? an vero quod ubero latoque proveniat folio? Sic appellare licet, tanquam ιδιον seu κρατη ηγονται γρ. Prius etymon nostrates probant, qui cucumeribus digito parvo minoribus conditis libenter vescuntur. Cucumer, uti Varro lib. 4. scribit, quasi curvimer à curvore dicitur. Cucumeres dicuntur à curvore, ut curvimeres dicti. Cucumeris delineatio ex variis Theophrasti petenda locis Lib. 1. c. 17. fructum cucumeris ex carne, nervo, & humore constare ait, cap. 18. discretum ac distans seren habere, hoc est, ut inter semen & semen aliud quid inter sit, aquoso constare succo, cap. 22. super fructuum integumentum, florem insidentem emittere. lib. 7. cap. 3. quo modo ac ordine floret. lib. 6. cap. 18. de cauf. fructum superna parte ampliare, & luxuriare. cap. 14. in lanuginosis partibus amaritudinem quandam percipi. vide lector annotata. Lib. 7. hist. cap. 3. estivam plantam esse & radice brevi, lib. 2. de cauf. cap. 15. cur annua sit, causam dar. lib. 5. de caufis tamen cap. 6. radices diu vivere, adhibita cura ait, sed locum & annotata videat lector. Eodem capite de cultu eorum agit: lector commentaria adeat, & videat quæ a nobis dicuntur. Eodem capite Aristotelica nonnulla expenduntur. lib. 7. cap. 1. quo à satione proveniat die, ac ferendum cum sol est in Ariete addit, ut citius proveniat, quosdam semen lacte macerare lib. vero 2. de cauf. cap. 19. id fieri ut fructus dulcior fiat, quod Columella & Palladius probant. Videat annotationes lector. Eodem libro cap. 15. amplexi-caulem esse, sed proper imbecillitatem humili spargi. lib. 3. de cauf. cap. 22.

qua ratione & dulcior & tenerior pulvis fiat docet. Admirandum quod de cucumere scribit Palladius in Mart. Tit. 9. *Oleum sic metuit, ut si juxta posueris, velut hamus plicetur, Quoties tonat, velut timore perterritus, convertitur.* Contra aqua admodum gaudet; adeo ut Columella lib. 12. cap. 3. scribat, *cucumis & cucurbitacum copia est aquae, minorem curam desiderant: nam plurimum juvantur humore, vide Plinium lib. 19. cap 5.* Geoponicā auctor lib. 12. cap. 19. *μερέγον οὐ τούτου πειρίσθε οὐτε, εἰπεὶ τὸν αἴδειον αὐτοῖς ἐμβαλλεῖται οὐδὲ τῷ Δημόκριτος αὐτὸν δέος εἶναι δεκτόλαντον. τῷ γὰρ εἴης οἱ σίκυοι επὶ τοσοῦτον οὐ μέτρον τοντούς εἰσιν τὸ τρίσιον, οὐ ποτέ πέντε τοντούς οἱ σίκυοι; καὶ ταῦτα μεθίστηται οὐτοις ὑγροῖς οὐδὲ καίσεγονται ξηράττων τῷ φύσεων.* Longas autem facies hoc modo, si in mortario, aut alio quopiā vase, aquam prope ipsos apposueris distanta 5 aut 6 digitorum. Sequēt enim die cucumeres in tantum extenderuntur. Si vero aquam non habeat mortarium cucumeres & retrocedunt & incurvantur. ita gaudent humiditate, & fugiunt siccitatem. Non tamen omnē humiditatē amant. Nam, quod humidissimum est, oleum fugiunt. Causa videtur, quod aqueo humore permulto conficiantur. Aqua oleum fugit; quia non potest cum eo inire societatem: unionem enim expertunt res naturales. Nec minus admirandum quod scribit Athenaeus ex Diophili Siphnii auctoritate, *Ἄνθερται ἡ τούτης οἱ σίκυοι καὶ τὰς πανταλίας, καὶ φαρεγάριας εἰποῦσι, καθάπερ εἰς οἱ δηλαΐταιοι ἔχονται.* Plenilunis incremento manifesto augescunt hortenses cucumeres, non aliter quam echini marini. Lunam fidus huqidissimum esse, novit Lector, & causam dixi, cur tum maximè crescant. Nec omnes porro humore juvantur cucumeres, siquidem laconios tantum melius rigatos evadere scribit Theophrastus. Cucumer alias sylvestris, sativus alias. Sativorum tria agnoscunt genera; laconicum, scytalium, Boëticum. Σκυτάλη habetnam ac flagellum denotat. Vocatum inde cucumeris hoc genus, aut quod ex ejus farmentis fierent habenæ, loraque scuticarū, vel quod iis farmenta similia essent. Theophrastus lib. 4. hist. cap. 5. *φαντασίας* meminit, quod scuticæ baculum significat. Recentiores has observarunt differentias. Majores, minores, flexuosi, pyriformes, virides, albi, laves, asperi. Cucumerum genera censentur pepones, melones, & anguriæ. De singularis pauca dicenda. Melonis meminit Palladius in Martio Tit. 9. An Græcis fructus fuerit cognitus, dubitant doctiores. nonnulli μηλοπίπινα Melonem esse afferunt, idque sortassis, quod μηλοπίπιν dictus sit, quod mali sit figura rotundus, vel ut alii volunt, odore. Μηλοπίπιν aliis σίκυοις σπερματίοις. Hesychius σίκυον σπερματίας διηγεῖ μηλοπίπινον; Athenaeus σίκυον σπερματίαν, peponem esse scribit ὅπερ τὸν πίπινον Κερατίον οὐδὲ σίκυον σπερματίας πίπινον. Ex recentioribus alii Athenæi, alii Hesychii probant sententiā. Sic dictus inquit pepo, quod semē ejus mandarent, ut & hodie fit ab Italib. Alii melonem sic dictum asserunt à numeroso semine; tum etiam quod interanea melonis cum interioribus veri cucumeris similia sunt. Veteres melopeponem à pepone hac nota distinxerunt. Galenus lib. secundo de aliment. facult. *τὸν δὲ πιπόναν τοὺς εὐδιοντες οἱ ἀθηναῖοι τὸ τὸ σπερματίον εἴδεν τοῦτο, οὐ τὸ σπέρμα τὸ τὸ μηλοπίπινον εἴδεντο, καὶ τοῦτον αὐτοῖς συντάξει τοῦτον οὐδεχάροντα, εἰ δὲ τὸ σπερματίον εἴδεντος αὐτῶν, τὸν τὸν πιπόναν οὐδεχάροντα αὐτῶν.* His accedit, quod homines in peponibus à carne intima, in qua semen habetur, abstinent, in melopeponibus autem mandunt, idque ipsis ad dejectionem confert, qui vero eorum quasi carne tantum vescuntur, non tam cito eam ac peponum excernunt. Ab Italib. uti scribit Mathiolus, utriusque generis tam scilicet peponum, quam melopeponum carnea pars, semen continens, estur, & non estur, pro ut fructus ii plus minusve maturitatis fuerint adepti. Nam utriusque cum ultimam senserint maturitatem, supradictæ carnis una cum seminibus in medium fructus concidit, quod evanidum & insuave reperitur. Quod tamen utriusque maturus, non evenit; eaque propter extractum prius seminibus, estur tota eorum caro. Hæc, inquit Mathiolus, tametsi me dubium reddant, inclinat tamen animus ad credendum, per melopepones Galenum nostros intellexisse melones. Idem alii asserunt, quorum sententiam approbamus. Quem recentiores melonem vocant, describit his fere notis Dodonæusⁱ, Caulibus bumi proculbentibus, longis, farmentosis, atque asperis, vulgari cucumeri similis, folia sat respondent, minorata tamen, & rotundiora, minusque angulosita; flosculi leviter lutei, fructus crassiores, initio nonnihil pilosi, figura admodum variantes, nunc oblongi, alias contractiores, & rotundiorum figure, modo modice depresso & sessiles, pyriformes, sub-

inde maiores, minoresque cortice nunc constant leviori, nunc asperiori piloso, nec minus colore vario spectantur; aliis virides, aliis cinerei, aliis pallidi, aliis aurei, aliis varii. Differunt & pulpa, in nonnullis ruffa, nonnullis candida, etiam virens cernitur. Odor, aliis malis, aliis moschi, aliqui denique æstivi, aliqui ad hyemem perdurantes. Adferuntur ex America, & Italia, ex quibus Neapolitanis aded tenuis crustula teguntur, ut excorticati videantur. Refert Iosephus à Costa lib. 4. cap. 19. in valle Peruana tanta felicitate provenient, ut radix caudicis crassitudinem assequatur, & viva aliquot annis in solo vigeat, quæ quotannis melones profert. Hujus luxuriem non secus ac cætrarum arborum, quotannis amputari idem auctor est. Pessonum Dodonæus species aliquot describit. Major crassos, asperos, spinisque nonnullis obsitos caules primit, praelongos, qui claviculis sive capreolis suis vicina comprehendentes, perticas, scenas, ac sepimenta condescendunt, que nisi juxta posita fuerint, humili repunt. Folia ampla sunt, valde aspera, aliquot profundis incisuris divisa, marginibus serratis; flores admodum magni sunt, calathi forma, auri colore lutei, per ora quinque prominentibus angulis denticulati: fructus magni, crassi, rotundi, oblongi, crassioribus striis velut angulosi; quorum pulpa cortici subiacens candida, mediocriterque dura est, interior medulla fungosa: semen magnum latum, planum, subalbidum, multo quam cucumeris majus, forma aliqui haud differens; color corticis, quandoque obscurè virens, aliás albidas. Virentis autem peponis cortex durior est: albida verò mollior ac tenerior. Vulgo pepo major oblongus dicitur, variat magnitudine, minor Indicus, major vulgaris. Alterum peponum genus caulis ac foliis, utrumque

Pepo major oblongus.



asperis, tum & claviculis priori simile est, sed foliorum fissuræ minus sunt profundæ, cauleisque teneriores. Flores similiter lutei, patentes, & anterius angulosi, veluti prioris: semina quoque ejusdem forme, sed aliquanto minorata. Vulgo pepo rotundus major, ab aliis maximus Indicus. Corticis colore & substantia variat, qui enim albido est colore, substantia est molliore, qui obscure virente, duriore, uti prioris hujus generis. Tertius est pepo asperis caulis, foliisque fisis, ac serratis, priorem referens, flos magnus, luteus quoque veluti aliorum: Fructus media magnitudinis, cuius cortex tuberculis nonnullis exasperatur, veluti malii citri cutis, qui per maturitatem similiter luteus est, proinde & citri malum tum colore, tum asperitate referens. Vulgo pepo compressus minor. Corticis colore & hic variat, vel croceus, luteus, citrinus ac niger conspicitur. Quartus generis peponis fructus, haud longus aut globosus, verum omnino

Pepo minor rotundus.



omnino latus ac planus, scuto aliqui propter modum similiis: in medio quidem crassior, per circumferentiam vero tenuior, & quibusdam locis reflexus, crisporum instar. Cortex hujus mollis, tenuis, ac candidus est, caro interior dura satis ac durabilis, semen quam cucumeris majus, forma & colore conveniens. Sylvestres sunt etiam pepones, proferunt caules asperos, spinis obsitos folia aspera, flores luteos veluti sativi, sed minora singula: fructus crassos, oblongos, striatos, durioris corticis, ac colore virentes, sed minores multo, pulpa sativorum instar, sed amara valde, semen minus. Sequitur auguria, citrulum vocant, à cirri luteo colore, quæ his fere verbis à Dodoneo describitur. Sarmentosis, viriculosis, asperis, ac buni repellibus caulis, tum & claviculis cucumeres refert folia autem majora sunt, & profundis utrimque incisuris dissecta. Flos a rei coloris; fructus globosus, striati, colore superius virentes, inferius quâ humi facient, inalbantes, quorum exterior cutis levis, interior caro mediocriter dura, peponum quam melonum similior: medulla fungosa, in quas semen oblongum, planum majus quam cucumber aut melonum, minus quam peponum, cuius exterior cortex nigricans, aut subrubens, ac durus est. Non facile hujus fructus putrescunt, sed diutine servari possunt, præstimum tritici acervis impositi. Novit & hic fructus differentias; cortice enim quandoque viridi, quandoque candidis maculis asperso invenitur. Caro aliis rubens & dulcior, aliis candida semina, colore nonnunquam nigro, nunquam albo, vel etiam fulvo, rarius carere semine notavit Cæsalpinus. Restat cucurbita. Hanc veteribus cogitata fuisse fatentur omnes. καλοκύνη, vel, ut Attici, καλοκύντη vocarunt. Athenæus lib. 2. ἀπέκαιρε μήτρα καλούσιν αὐτὴν καλούσιν, i.e. solum Attici colocyntham dixerunt. Fallitur vir magnus, qui Atticos cum δικαιονθίνοι scribere ait, ceteros cū & sine asperatione καλοκύντης. Aperte huic contradicit Athenæus. In Galeni & Hippocratis libris passim, καλοκύνη cum asperatione legitur. Nomē ex adverso inditū, teste Ruellio, quod pumili & breves sint partus, quos ipsa passim emititur, cum corporis mole, omnes herbarum arborumve fructus videntur superare. Notandum, aliud apud Græcos καλοκύνηδα; aliud καλοκύνην, esse. De colocyntha aut cucurbita ago hoc capite. Colocynthis vero sylvestris cucurbita vulgo vocatur, hujus fructu ad phlegma crassosque humores expurgandos utimur, alii cucurbitam σικυανην Græcis dictam contendunt, cum tamen ex Theophrasto diversam plantam esse probatur. Hic lib. 1. cap. 22. & lib. 7. cap. 3. καὶ γὰρ σικυανην καὶ καλοκύνην, καὶ σικυανην. Interpres, etenim pepo cucurbita, cucumis ita se habent. σικυανην peponem interpretatur, cum cucumerem, ut supra probatum est; de-

notat, ubi etiam quid Græcis σικυανην sit, exposuimus. Σικυανην cucumerem vertit Hesychius, σικυανην καλοκύνην οὐδεὶς ιατρεῖ. Sicca cucurbita species & quod vulgo cucurbitam vocant medici. Sed quæ sit species cucurbita σικυα. Hoc docet Athenæus lib. 2. οὐκ οὐκέται δι τοις ίδρυσις μεταρρίφεται καλοκύνης ή τοις περιβολαῖς. Hellēsponti que longe sunt siccas nuncupant, rotundas vero & globosas colocynthias. Menodorus, ut apud eundum legitur, indicat σικυανην vocat; μηνιδωτην δὲ ισχυροτεπηνην φίλην τὸν καλοκύνην φυτόν ή ίδρυσις ή κατά πάντας είναι καλοκύνης ή ίδρυσις η οὐδεὶς η περιβολαῖς φυτόν ή η καλοκύνης η περιβολαῖς. Menodorus Erafstratus, amicus Hicesii, cucurbitarum inquit alia est indica, quam σικυανην nominant, alia est colocynthe, nempe vulgaris. Indica ut plurimum elizatur, vulgarem autem etiam assant. οὐδεὶς δὲ τὸν λαγεῖσαν καλοκύνην ίδρυσις πατέονται ηδηντες ιδρύσις. apud Cnidios & hodie cucurbita quoddam genus Indica dicitur. Ex diverso Enthedenus Atheniensis vulgarem σικυανην vocat. ιδρύμετον αἴγανον εἰ τῷ θεῷ Λαζαρον τοις ίδρυσιν καλεῖ την καλοκύνην η καρκινίδα φόρον σπεργειν τοις ιδρύσισι. Euripidem Atheniensis libro de oleribus cucurbitam vocat sicyan indicam, quod ex India semen ejus advectum fuerit. Theophrastus an per σικυανην καλοκύνην Antiquioribus Græcis vox hac, teste Galeno in exegesi, plura denotabat. σικυανην τέττας οπισίσις παρά αὐτῷ την καλοκύνην ήτο οπισίδην καλοκύνην την ιατρικήν σικυανην, την απίθαιον καλοκύνην σικυανην. Apud Hippocratem quatuor haec significat. colocynthida cucurbitam pyro similem, cucurbitam medicam, & cucurbitulam fundo carentem, &coni formam præse ferente. Addit Erotianus την αργιον σικυανην, caprificum, sive ficum sylvestrem significare. Supra cap. de rapa cucurbitas recelidas vocari diximus. Latini cucurbitam vocarunt à concurredatu, quod facile, siquid obstiterit, quo minus extenderatur, concurvescat, uti Varro lib. 4. de lingua scribit Latina. Cucurbitæ delineatio variis ex locis Theophrasti petenda. Lib. 4.c. 18. prope distantia semina ait habere, vide lector annot. cap. 19. succo constare aquoso cap. 22. florem describit lib. 6. de caul. cap. 18. parte superna ampliari ac luxari, alibi amplexicaulem esse & sine admiciculo stare non posse, sed per terram repere. lib. 2. cap. 3. immaturam & immutabile manere, vide locum, & commentum; de cultu lib. 5. cap. 6. agit. lib. 7. hist. cap. 1. serendum cum Sol est in ariete, celerius ex recenti provenire semine, ac quanto sextoque à fationis die provenire; quod lib. 3. de caus. cap. 4. repetit, ubi codicem ex hoc loco correximus. Et haec sunt notæ, quibus cucurbita à Theophrasto describitur, quæ vulgato etiam cucumeri convenienti; à quo his fere differt, quod folio sit amplio, personatæ haud dissimili, magno, lato, acuminato molli alboque veluti tomento, unā cum caulinibus ac foliorum pediculis, candicanti instar altheæ. floresque emittat è foliorum sinu albos. Genera cucurbitæ plura esse scribit Theophrastus sed in quibus differant non addit: eodem tamet capite, ex aliorum sententia, cucurbitæ negat genera esse plura, sed in uno eodemque genere, alias meliores, alias deteriores esse. Hunc locum lib. 2. exscriptis Athenæus, his fere verbis: Θεοφραστος δὲ τὸν καλοκύνην φυτόν εἰς την ίδρυσιν μηδεὶς ιδεῖ, αἴδην τοις ίδρυσις βιδέπιτε τοις δὲ καρκινίδαις. Theophrastus simplicem non esse cucurbitarum speciem affirmat, sed alias meliores, alias deteriores. Nec Athenæus, nec magnus Gaza locum Theophrasti rectè intellexerunt, εἰς την ίδρυσιν μηδεὶς ιδεῖ, non est Theophrastica phrasis, nec sic locutus est unquam; preterquam quod loco citato contrarium doceat. Videat lector verba & examinet. Doctissimus Gaza interpretatur, cucumeris atque cucurbitæ partim genera esse existimat, partim negat. Utrique attribuit, quod soli cucurbitæ, ex aliorum sententia, præceptor. Plura esse cucurbitæ genera jam loca citata Athenæi ostenderunt, ipseque in principio capitinis affirmat magister. Cucurbita alia vulgaris, alia Indica. Vulgarem longam scribit doctissimus Dalecampius, Indicam rotundam Hybernamque vulgo vocari addit, celerius provenire, carne constare siccâ solidaque, Hyeme ista durate, si loco siccâ recondatur, cortice nunc ex atro viridi, nunc ex albo flavescente nubo albo semine latiore comprehensiore, rhombi figura ampliori, medulla gustu minus fatuo, flore luteo. Variat admodum hujus fructus, uti mox dicam Plin. 19. lib. 19. cap. 5. cucurbitæ sativæ (de sylvestri cucurbita colocynthide dicta, alibi agam;

Cucurbita anguria longa.



Cucurbita lagenaria rotunda.



figuram tamen ad differentiam apposui) duo prima genera Camerarium & plebeium, quod humirepit. In priore mire, tenui pediculo libratur pondus immobile aure. Cucurbita quoque omni modo fastigiatur, vaginis maxime vittibus, conjecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, & plerunque Draconis intorti figura. Liberata vero penfili concessa, jam visa est novem pedum longitudinis. Nata nobis cucurbita anno 1624. quæ humnam crassitudinem, & longitudinem superarer. Semen, ex India occidentali allatum accipiebas aus à Nicolao Sweertio Chyrurgo, P. M. Erat ætas anni illius satis calida ac fervens, matura tamen non siebat cucurbita:

Cucurbita sylvestris.



hæc in majorem non dubito quin crevisset longitudinem, ni hyems supervenisset. Indi cucurbitas calabasos vocant, in India uti Iosephus à Costa lib. 1. cap. 9. scribit, ad miraculum usque augescunt, & in sola provincia Thile nascuntur, & capallos nuncupantur. Infinita propè species sunt: quædam immensa mole, monstrose sunt, quæ dissectæ & ressecatae excavantur, & ex iis varia vasæ effinguntur. Ex minoribus pocula aut pateras ingeniosæ celatas concinnant. Idem ferè Paludanus in notis ad Linschotum. Varia bujus, inquit, genera, magnitudine, facie, colore differentia: earum namque quoddam genus est, quod utrisque ulnis vix ampliabit potest, & in insula S. Laurencii ejusmodi colore rubio, flavo, albo, & sapore longè gratior, atque nostrates, ubertim proveniunt. Plura de generibus lector in Phytopinace Bauhini reperiet.

Κρημνος, uti lib. 9. Athenæus scribit, ὁ πάνος μύωδης dicitur, quod oculos claudamus dum admovetur. vel ὁ πάνος ἐσφραγόδηρες οὐδὲν τῆς πάνος μύωμα. Oculos enim claudere, & emittere lachrymas consueverunt, qui ipsum naribus oculisve admoveant. Hinc apud Columelam lachrymosa cæpe.

Seque laceſſenti fletum ſætura ſinapis,
Atque oleris pulli radix, lachrymosaque cæpa.

Ab Alyatte rege Byzantem ex septem sapientibus unum acerſitum fabulantur; at is philosophico ſupercilio tumens, & regiam fortunam despiciatū habens, ἤώ φίους αἰλυτὴν καλέσαι τερψιναὶ ιδίαι ego, inquit, Alyatti jubeo comedere cæpas, quibus illi fletum effe imperatum docti referunt. Quasi dixerit καλέσαι καλέσαι τερψιναὶ. Apud Aristophanem quererit ille ex Dionysio, οὐ δημιουρεις καρκινος Respondet is τερψιναὶ οὐδεις, Olfacio cæpas. Has acriter mordere oculos, & lachrymas excitat, cui ignotum? Idem in problematibus docet Aristoteles, cauſamque addit. ſect. 20. probl. 2.2. Cur, inquit, cepe unum tam acriter mordere oculos potest? Unde nomen quoque à Græcis τερψιναὶ impositum putant οὐδὲ τὴν τερψιναὶ συμμετειν perinde ac si pupillam primi cogere. Origanum vero nihil hujusmodi facit, nec aliud quippiam ex ceteris, quanquam acré. Neque enim naſturtium, quod mordacius est, oblatum oculis efficit & sequit ut lachrymæ profluant, ac cæpe & cum admoveatur, & cum comeditur, lachrymas mover. An quod acriū genus discriminē evariāt numerolo, quo sua cuique vis conficit, rataque habetur. Naſturtium ergo quia calidius est, reficcare quod colliquaverit, amplius potest. Nam extrudere lachrymam cum editur potest; admotum tamen ad oculos, nihil propterea mover, quia nullum mittit vaporem. Est enim id ſiccus & calidius; origanum cæteraque id genus calida ſunt leniter, & ſicca,

ſicca ; quod lachrymas autem moveat , mordax id eſſe
debet , & humidū , & lentum ; quam ob rem oleum quo-
que lachrymam excutit , quamvis leniter mordeat : ſub-
iens enim irreptansque fuam ob lentiriam , atque te-
nuitatem , dolorem movet , ac proinde humorē tabi-
ficit . At cāpē vim ejusmodi fane habet , ut quod & hu-
more , & vapore fit calido , tenui ac lento . Itaque oculis
admotum , eo quod vapor ejusmodi eſt , humorque tenuis
commeat , lachrymas movet , cumque editur id itidem
transmissa respiratione facere poteſt . Allium calidum
quidem eſt , & acre , & humoris aliiquid continens ; ſed
lentum non eſt ; itaque lachrymas movere non poteſt .
Contra raphanus rusticana cum teritur , non ſecus ac cāpē
lachrymas movet , quod evaporet acre ſimil & len-
tum ac tenui ; quare facile commeat lachrymasque mo-
vet . Dicit quis , Plinius contrarium docere lib . 19 .
cap . 5 . ubi tradit , cāpas dilachrymationi & caligini ocul-
lorum mederi . Sed hoc non pugnat cum his quā dixi-
mus , liquideſ ſed educendo purgant . Cāpa latinis à cāpitis
magnitude dicitur . Dixi ſupra , cucumeres , cucurbita-
taſque plenilunio maximē augeri . Contrarium nec mi-
nus mirandum de cāpa docet Plutarchus , lib . de Iſide
& Osiride ; ubi inquit , διὰ ἡμέρας ἀφοστεῖται καὶ δυσχαλεῖται ,
καὶ τὸ κρέμμων πάγιον θόρεται , ὅπερ τὸ σελήνης φωτειον , μόρον ,
διεγράψει τέτο καὶ πεδιῶν πεφύκει . Ἱππὸς φέρει εἰπεῖ
ἀγρούσιον , ἐπὶ ἱερῷ τοῦ τοιούτου , τοῖς μὲν ὅπερ διψήν τοῖς δὲ ἐπιδεκεῖν τοῖς
τοποφερεμένοις . Mirum quod cāpe revivifcat & con-
germinet decadente luna , contra marcescat à crescente
luna , ſolumque olerum omnium contra syderis incre-
menta , dañaque vices minuendi , & augendi habeat
contrarias . Siquidem rabe ſcant omnia luna ſenſcēte ,
augeanturque eadem crescente , uti in cucumeribus
apertē ſatis cernitur . Notum illud Luciliū ,

*Luna alit ostrea, & implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit.*

Hanc ob causam sacerdotes Ægyptii cæpe non edebant, & id olus averfabantur, eoque cibo simul & feratis & castè degenitibus interdicebant, his quod sitim invitaret, illis quod lachrymas evocans feriarum celebritatem interpellaret, quibus Ægyptia superstitione imbutis, ex ridiculæ rationes satifaciebant. Hunc Plutarchi locum Agellius extare scribit in 4. in Hesiodum commentatio. Causa hujus rei videtur, quod calor cæparum nativus adolescentis lunæ intus calore, glutinosum concoquat humorem, nec non permisceat constantius cum aëreo, aqueo ve terreum; quod officiū non potest exequi, quum aquosi magnum fiat damnum. Glutinosus enim lentoR haud facile discuti potest. Quo fit, ut cæparum partes, quæ prius humore distendebantur, eo nunc orbatae flaccescant & velut passæ, & in rugas contractæ tabescant. Sed cum planera hæc orbe toto resulfit, & ad inter-menstruum pectat, prægnans aqueum gignit humorem, quem velut nutrimentum ex aëre perinde, ac terra, quum hærent, exutæ avidius hauriunt, quo vernaculum lentorem jejunæ foveant, priusque damnum illo liquoris raptu resarciant, quo veluti satiatæ surgunt, ac ferè reviviscunt. Siquidem extra terram, diutius humi, vel in laquearibus penitiles in aëre vivunt; quasi ancipitis vitæ modò è terra, modò ex aëre alimentum accipient. Nam extra solum germanem emittere & humoris delectu hilarari constat: sed producito coliculo statim languescere; tunc cum non satis super sit crassioris nutrimenti, quo scapus excitetur, depactæ cartilago in cervicem abit. Quin & incrementum salivæ cæpis declaratur, hoc illuni temporis curriculo, quum edomira paululū acrimonia subdulcescat, quæ tunc aliquantum ascito humore diluitur. Videamus quibus notis cæpam describat Theophrastus lib. 1. Hist. cap. 8. corticem multiplicè tunicis ait esse. Hinc Persius satyr 4 Tunicatum cum salè mordens. Cæpe. Cap. 10. cæpe corpus tunicatu esse, quum semper aliquid eximi possit. Quod duplex genus radicis quodammodo exhibere videtur: Habet enim carnosam illam, & corticosam, & eas quæ ex illa proveniunt. Idem fere repetit lib. 7. cap. 11. Eodem cap. radiculas de latere non emittere. Contrarium tamen lib. 7. cap. 12. docere videtur Dicendum, priori loco negare precentorem, quod emitat radiculas de latere, posteriori affirmare quod germē emittat, & ita contradic̄tio nulla. Italib. 4. cap. 6. de cauf. ger men ab imo emittere ait. lib. 1 cap. 16. folia illicò ab radice exire, pediculo carentia, & concava. lib. 7. cap. 1. Unicaulem esse, nec ex caule laterales surculos emittere, alteroque ferre fructum anno. Quomodo proveniat

lib. 7. cap. 12. docet. Lib. 1. de caus. cap. 4. quædam de cultu cœpæ tradit. Locum audeat lector. Lib. 6. cap. 17. & 18. de sapore agit, quò lectorem remitto. Cœparum Theophrastus multa inquit esse genera, ac à locis no-men accepisse scribit, verba ejus examinanda; Sardi-am primo loco recenset, sic dictam à Sardi, urbe Ly-diæ. Plinius *Sardia* legit lib. 19. cap. 6. *Allium cœpas-que inter deos in jurejuyando habet Egyptus.* Cœpe genera apud Græcos, *Sardia* &c. Botanicus magnus καρδία ab urbe Thraciæ legit. Hunc refellit Plinius codex, & ipse Theophrastus, cum eodem hoc capite albas admodum Sardi-anis similes inquit esse. Alteram Cnidiam vocat. Plinius alsidenā. Cnidiam Plinius ex omnibus cœpæ minimè la-chrymosam inquit. *Omnibus odor lachrymosus,* & præcipue Cypris, minimè Cnidis, *Omnibus corpustotū (ut ut vetus co-dex) pinguedinē eaurum cartilagine* Magnus Botanicus legit, *omnibus radicum corpus tectum pingui, cartilagine.* Magis arridet, *omnibus corpus rotu pene tunicatu cartilagine.* Sequitur Thamocracia. Hanc Athenæus lib. 2. laudat. Setanicam minimā inquit, sed admodum dulcem. Plinius loco citato, *Et cunctū setania minima, excepta Tusculana, sed dulcū.* Ascalonias, inquit Theophrastus, & fissiles tum cultu, tum natura inter se differre, peculiaremque habere naturam. Solæ enim non fissiles (quod Plinius non observavit, omisit saltem) & quasi steriles, ab ra-radice sunt, nec ea parte crescere aut proficere possunt, quare & eas nō deponunt, sed semine ferunt, & cū deinde germinatū sit transferunt. Proficiunt adeo celeriter, ut cum cœteris, aut etiam prius evelli possint, plus tem-poris dimissæ in terra putrefactæ, plantatæ caulem edunt, semenque tantummodo fundunt, rum extinxuntur, at-que inarescant Idem fere Plinius loco citat. *Ascalonia-rum propria natura.* etenim velut steriles sunt ab radice, & ob id semine seri illas, non deponi jussere Græci. Præterea serius circa ver cum germinant, transserri, ita crass. scire, & tunc properare præteriti tempora penititatione. Festinandum autem in his est, quoniā matura celeriter p̄ trecent. Si deponantur, & caulem emittunt & semen, ipsaq; evanescent. Ascalonia ab urbe Iudeæ nominata. Alcalonicam pu-tant viri docti, quam sterilem alii vocant. Ascaloniti-dem antiquorum exhibuit Lobelius à priori fortè di-versam. De fissili hæc Theophrastus, *Hyeme sua cum coma mertem relinquunt, vere externa folia detrahunt (lego ex Plinio τη ἡμέρᾳ περιποτέρῳ)* & reliqua colunt. Detractis his foliis altera germinant, simulque in seriu fin-ditur unde fissiles appellatae sunt. Idem fere Plin. 19 lo-co cit schistam bieme cum coma suâ relinquunt, vere fo-lia detrahunt (Theophrastus τη ἡμέρᾳ exteriora) & alias sub-nascuntur ejusdem divisuris: unde & nonen. Paulo ali-ter, ut videt lector, hæc Theophrastus. Ad harum exem-plum quosdam omnibus detrahenda folia inquit præcep-tor. Idem Plinius, *Hoc exemplum reliquis quoq; generibus detrahi jubent, ut in capita potius crescent quam semina.* Colore differre ait. Quam differentia etiam observavit Di-scordides lib. 2. c. 11, οὐ μόνον διπλὸν τεγρέ μαργαρέ προσφύλας, οὐ τελεῖσθαι τελεῖσθαι. Cœpa longa acrior est quam rotunda, itemque rufa quam candida. Has differentias observarunt recentiores. Candidas in rīo provenire inquit, quæ illa rīo insula non dicit. Plinius loco citato. Est & colorum differentia. Samo enim & Sardibus candidissimæ prove-niunt. Sardianas albas esse ex Theophrasto colligi non satis aperte potest. Ille enim Sardianis quidem similes dicit; sed, ut ex præcedentibus apparet, figura, non colore, magnitudine & ejusmodi. Legit insuper Plinius Sauro, Theodorus iow. Pro quo λεων lego, Issus oppidum Ciliciæ non procul ab Amamo monte, circa quod Alexander Darium vidit. Issus quid sit ignoro. Issa insula est in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, de qua non loquitur præceptor. Credo incognitam ipsi, Samos duarum insularum nomen est, quarum altera in mari Ionio juxta Ephesum; altera in mari Egæo Thraciæ adjacens, quæ ex commissis Thraciæ populis Samothra-cia dicta est, uti Strabo lib. 1. scribit. An itaque επιμε legendum, ac dicendum Samothraciam, ac eam q̄ in Samo insula nascitur unam eandemque esse? Iudi-cium æquo lectori committo. Leggo tamen, ut dixi, επιμε, idque quia in optimo Plinii codice Salmanticensi, ut scriptum reliquit Doctiss. Pintianus, legitur, amissio enim & Sardibus. Nemo non videt scripsisse Plinius apud Issum. Urbs, uti dixi, clara victoria Alexandri Magni adversus Darium Codomanum Persarum regem. Creticam etiam quandam describit Theophrastus Hu-jus meminit his verbis Plinius. *Sunt in honore & Creticæ, de quibus dubitant an eadem sint, auctæ.* Ascalonie quoniā

satis capita crassescunt (alius codex, sate radices agunt) Meminit Gal.lib. 12. Meth.Med. cap. 1. Cepæ quam nō vocari inquit, κεραμίνα πά κέρας κελένδρα μὲν ἄπο τοῦ ιδίου ιδίου καὶ πινεῖ διάγονης μέλιτος: Cepas id genus quod Græci carton vocant, uno die cum pane comedendas dabat, & potum parum. Magni nominis Bononiensis medicus legendum contendit ἀντίκεραν εἶδε, vel κερνην, quod apud nullos autores genus illud ita vocatum invenerit. Ego vulgariter servo lectionem, idque, quia vox hæc apud alios Græcos recentiores reperitur. Geopon. auct. lib. 2. cap. 5. Κύπερος πεπλανητής, φύλλα ἔχει ὅρμα κέρας δηροφυῆς. Quis cyperi folia recenter natis carti (five porrum, five cæpam velis interpretari) foliis negabit similia? Fatentur Botanici ex Dioscoridis lib. 3. cap. 161. porri genus esse, τοῦ δικτυοῦ, quod colligi facile potest. λόγικης φύλλων ικανός στόλος κέρας δηροφυῆς (vulgo κέρας pro qua voce alii πατηνόφυτον, utin vetericodice, Alii, nescio qua auctoritate, πάτην.) An itaq; legendū apud Galenū κεραμίνα ἐν κέρας κελένδρα, quod locus hic Dioscoridis videtur probare. An vero, ex Galeno φύλλα ικανά πεπλανητής, οὐδετέρα apud Dioscoridem vulgata placet. Sed quale cæpe, vel porri genus est κέρας? Nonnulli cæpam sectivam, tonsamque interpretantur. Nam, ut magis grandescerent, summitates eorum & caudas solebant detondere. Geopon. auct. cap. 31. lib. 12. κεραμίνα μὲν φυτόν τοῦ κέρας αντίκερας πά κέρας οὐδεὶς οὐδεὶς μετάλλα. Cepas plantaturus caudas ipsarum, & extremitates afferes, & magnæ evadent. Theophrasto tonsio est. lib. 4. de caul. cap. 1. τοῦ κέρατος ἡ κέρας τοῦ εἰς κέρατον παριστῶν. Sed quid obest, quo minus κέρας κεραμίνα exponatur, cæpe capitatum, κεφαλωτὸν δέ τον κέραθ, id est, κεφαλή. Cæpa Grammaticis significat πάντα λίαν μετάλλα. Plusquam satis, præcipue, admodum. Carta non est cepa Cretica, quia hæc Ascolonicae similis, quæ nec fissilis, nec magna est. Verilimile est κέρας, vel cæpam, vel capitatum esse si cæpe quoddam genus ita dictum fuerit. Dubitatur à nonnullis an gethyum inter cæpæ, an vero inter porri genera referendum sit. Theophrastus hoc capite inter cæpas numerat. Idem loco citato facit Plinius qui Latinis pallacanam dici refert. Apud nos, inquit, duo prima genera. Vnum condimentaria, quam illi gethyon, nostri Pallacanam vocant. (Magni nominis vir, qui nomen hoc nec alibi legit, nec intelligit, legendum putat, quam nostrī tallakanam, vel tallacanam vocant: Et sic dictum gethium esse, quod talla tantum, id est, caule conserne candido; ut poterit quæ caput non habeat. Talla propriæ folliculum est cæparum, ex Græco θόλος, quod est involucrum vel sacculus. Tallum pro caule posuit Columella lib. 11. cap. 3. quia folliculo, quo cæpæ caput velarur magna pars caulis integratur) seritur mensibus Martio, Aprili, Mayo. alterum capitata, Græci recentiores γῆπαν vocantur. Hesychius γῆπα κεραμίνα ἢ γῆπα κελένδρα. Eoles γῆπα dixerunt, unde Latinorum cæpe. Sed hoc magis ex græco, quod θεολibus γῆφον & γῆφον, atque inde Latinum cæpe. Nam diphthongo scribitur. Gethyum etiam teste Athenæo lib. 9. γῆθυνος dictum est, οὐδὲν δὲ αὐτῷ καταβάται γῆθυνος, οὐδὲ τὸ γῆθυνος κελένδρον τοῦτο φασιν εἶναι. Quam offendit elixantem gethyllida, quidam id volunt esse quod gethyum dicitur. Eodem loco Epanetus gethyllida capitatum porrumb appellari tradit, ἵππινος οὐδὲν οὐδὲν τὸν κεφαλωτὸν κελένδρον φασιν γῆθυνος. Epanetus libro de obsoniorum conditura, capitatum porrumb gethyllida vocari scribit. Prior sententia Nicandri Scholiastis auctoritatem nititur γῆθυνος. οὐδὲν κεραμίνα οὐδὲ τὸν κεφαλωτὸν κελένδρον φασιν γῆθυνος, οὐδὲ τὸν κεφαλωτὸν κελένδρον φασιν γῆθυνος. Sic legit D. Salmasius, vulgo γῆθυνος. Helychius αμπελόπρασον sic vocatū refert γῆπα αμπελόπρασον, οὐ δὲ γῆθυνος (lego γῆθυνος) οὐ δὲ γῆπα κεραμίνα οὐδὲ κλωτροῖς gethya ampelopraso, nonnulli gethyllidas, alii magnas ceras, alii virentes vocant. Fallitur Grammaticus; gethya non sunt ampeloprasa, sed iis similia, Athenæus loco citato. Ομοία φύσις τινα, τὰ γῆπα τοὺς λεγομένους αμπελόπρασον. Ταῦτα ἵππινα γῆθυνος λέγονται. Ampelopraso similia esse gethya tradidit, quæ & gethyllidas (sic enim legendum arbitror) vocant. Aristophanis Scholia. τοῦ δὲ γῆπα πίζας ιχέος οὐσερνότερος φύσις, gethy radices allii naturā referre. Gethi notas variis in locis tradidit Theophrastus; videat lector quæ de radice scribat lib. 1. cap. 10. Lib. 7. cap. 9. multis constare zunicis. lib. 1. cap. 16. folia ab radice illico exire, pediculo carentia & concava, lib. 7. cap. 1. unicaule inquit alteroque fructificare anno, cap. 12. quomodo proveniat, lib. 4. de caul. cap. 3. difficulter germinare. Videamus quæ hoc referat capite quarto. Sine capite est & quasi longa cervice cōsistens. Ob id germinatio tota in fronte,

de, sepiusque retundetur ut porrumb. Plinius loco citato. Gethyum penè sine capite est, cervicū tantum longe, & ideo totum in fronde, sepiusque resecatur, ut porrumb, idem & illud serunt, & non deponunt. Theophrastus planè sine capite inquit esse, non, ut plures, pæne sine capite, ανιψαλόν τοντον. Illud nō accepit Plinius quasi idem valeret quod pænē. Cæpam sectilem Mathioli, viri Doctiores pro gethyo habent. Facie ascalonium refert, nisi quod omnibus suis partibus major spectetur, bulbū plures ab una tantum radicum coma oruntur longa, tenuique cervice nitentes, ascalonium modo, sed acredine differentes. Et hæc de cæpis Theophrastus. Plinius præter differentias ex patrio solo petitas, duo cæparum prima genera apud Latinos fuisse scribit, gethyum cepula, vel cæpula, non capitatum, & alterum capitatum. Frustra itaque vir magnus in notis ad Moretum contendit, nullum cæpæ genus esse quod capitatum non sit. Non solum Plinius, sed etiam Theophrastus gethyum sine capite esse asserit. De capitatis hæc Plinius lib. 19. cap. 6. Alterum capitata, quæ ab æquinoctio Autumni, vel à Favonio. Genera ejus austeritatis ordine, Africana, Gallica, Tusculana (addit Pintianus ex antiquo codice Ascalonia, quod non placet, siquidem Plinius de Ascalonia jam egit) Amiternina. Optima autem quæ rotundissima, item rufa acrior quam candida: (hæc ex Dioscoride) siccæ quam viridū: & cruda quam cocta, siccæ quam condita. Seritur amiternina frigidis & humidis locis, & sola allii modo capite, reliqua semine; proxima quæ astate nullum semen emittunt, sed caput tantum, quod inarescit, sequenti autem anno permuta-ta ratione semen gignitur, caput ipsum corruptitur. Ergo omnibus annis separatum semen cæpe causa seritur, separatum cæpæ semin; servantur autem optimè in paleis. Hactenus Plinius, Quæ cæpa sit Africana, vel Gallica, nemo facile dixerit, siquidem nullas addit Plinius notas. Columella lib. 12. cap. 2. alias cæpas, vel saltēm alio nomine recenset. Pompeianam inquit vel Ascalonium cæpam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unionem rusticæ, eligito. Ea est autem quæ non fruticavit, nec habuit suboles adhærentes. Quæ nondum fruticavit, sed simplici nucleo constat, unionem vocat. Galli omnem cæpam teste Ruellio, oignon vocant. Et hinc fortassis Belgis γῆπα vocatur. Hanc Græci μονόκκην & μονοκίφαλον appellaverunt. Glosæ uniones, μονόκκη. Cæpa antequam plures emisit nucleus unio dicta est. Solent enim

Cæpa rotunda.



cæpe ab radice alias atque alias subinde suboles propaga-re. Nec cæpa tantum sed alium, scilla, & reliqua bulbo generis, uti ad finem capitis hujus docet Theophrastus. Tοῦ κεραμίνου οὐδὲτε — πίνεται. De nucleis alliorum & cæparum

Cæpa rotunda. Cæpa oblonga.



Cæpa, ut vulgo venditur sine, capite antequam excaulescat.



cæparum capite de allio agam. Recentiores hæc cæparum describunt genera; prima est sativa, quæ variat colore floris, candido vel purpurascente, tunicarum quoque coloris rubri, aut candidi, radicis forma, major, minor, oblonga, sessilis, vel orbicularia, turbinata quibusdam communioribus in compressam latiorem cir-

cumferentiam bulbaceam abit. Cæpas porraceas vocant stolones, qui primo vere dum tenelli sunt, antequam caulescant, in cibos eruuntur. Secunda est, quam cæpam oblongam Dodonæus vocat, Lobelius Hispaniam oblongam. Tertia radice candida est & dulci. Quarta est plurium caulinum, ovaram à radicis figura Cordus vocat. Quinta est sessilis. Sexta est fissilis. Septima sterilis vel Ascalonia, de quibus lector videat Bauhini Phytopinacem.

Quia πράσινος non tantum cæpis affinis, sed etiam tubercarum involucris demptis, interius ejus capitulum, cor vocatum, cæpam referat, nec floribus, foliis, caule, semine multum cæpis sit dissimile. De eo hoc loco agere decrevi. Animadverendum imprimis, aliud πράσινος, aliud πράσινος, sive marubium esse. Vocabum hac vicinitate Plinius deceptum, alibi demonstratum satis est. Apud Athenæum tamen πράσινος καφαλωτὸς πορροῦ καπιτατοῦ. Nemo marubium capitatum esse unquam scripsit. Ergo ἀνὴρ πράσινος loco citato omnino scribendum πράσινος. Nomen accepit à colore. Πράσινος enim color viridis, porraceus. Sic viridem colorem acutissimum appellant. Exempli gratia, smaragdus πράσινος πράσινος λίθος vocatur. Lapis acutius nihil & viridius. Dioscorides, & Plinius optimam chrysocollam in Armenia nasci tradunt. Commendat Dioscorides τὸν φυτικὸν πράσινον i.e. quæ prasinum & porraceū colorem ad plenum obtinet. Plinius optimam inquit, ut colorem herbæ segetis lærè virentis quam simillime reddat. Hic summus & acutissimus viroris gradus πράσινος dicitur apud Hippocratem, quod est coloris viridis aut prasinii, ut πράσινος τὸν εὐεύμενον, vomitus porracea, viridis, πράσινος ἡμέρα. Celso lib. 2. cap. 4. viridis vomitus. Πράσινος δὲ τὸν διαχωρίζει, dejectiones virides. Quid χρῶν πράσινος sit, docet Galenus Com: secundo in Prognostica. Hunc colorem Plato in Timæo docet πράσινος καφαλωτός μίλανος. Conflari ex fulvo & nigro. Illud non reticendum, πάντα Theophrasto lib. 4. cap. 7. algæ etiam esse speciem, quam alii ζωτικοὶ vocant, Πράσινος Athenæus lib. 7. γηγενῆδε appellari refert, Ἐπαντεῖος δὲ τὸν καφαλωτὸν καλλιδεῖον φυτὸν γηγενῆδε. Epenetus lib. de obsoniorum conditura capitatum porrum gethyllida vocari scribit. Latinis πράσινον porrum. Neophytus in herbario πράσινον καπιτατοῦ, ὁ δὲ καφαλωτὸς, ἄνθετος πράσινος. Idem Auctuanii auctor, καφαλωτὸν, πράσινον πράσινος. An itaque solum capitatum porrum dictum? Utrumque Columella & Palladius porrum vocant, ut mox dicam. Porri variis in locis meminit Theophrastus; ut lib. 7. cap. 1. ubi decimonono vel vigesimo die à sato provenire inquit; lib. 3. de cauf. cap. 3. decimo quinto, lib. 7. cap. 1. ex recenti semine maturius provenire, unicuale esse, nec lateribus surculos laterales emittere. lib. 7. cap. 4. sèpius rétundendum. lib. 2. de cauf. cap. 20. melius tum ac amplius fieri, causamque addit cur tundi debeat. Idem lib. 3. de cauf. cap. 24. eodem cap. difficeretur cur germinet docet, lib. 5. cap. 7. quomodo, ut ampla magnaque provéniat, serenda, Loca hæc adeat lector. Porrum aliud sylvestre, aliud sativum, sativi duo genera signavit antiquitas, genere tamen non differunt; ex eodem enim lémine generantur, & cultura solum discrepant. Columella lib. 11. cap. 3: Porrum si sectiōnum facero velis, densius sarum preceperunt priores relinquī: Et ita cum increverit, secari. Sed nos docuit usus longè melius fieri, si differas, & eodem more, quo capitatum modicis spatiis, id est, inter quatuor digitos, depangas, & cum convaluerit desces. In eo autem quod magni capitis efficeris voles, servandum sit, ut antequam translatum deponas, omnes radiculos amputes, & fibrarum summas partes intondeas. Tum testula vel conchæ, quasi sedes in singulis subjectæ seminibus adobruuntur, ut fiant capitulationis incrementi. Cultus autem porri capitati, assidua sarritio & stercoratio est, nec aliis tamen sectivi; nisi quoties rigari, & stercorari, sarrire que debet, quoties demeritur: semen ejus, locis calidis, mense Ianuario, frigidis Februario seritur: cuius incrementum quo majus fiat, rariis linteolis complura grana illigantur, atque ita obruuntur. Enatum autem in his locis quibus aqua subministrari non potest, deferriri debet circa æquinoctium autumni: at quibus possis humorem præbere, recte mense Mayo transferuntur. Palladius in Februar. Tit. 24. Hanc Columellæ doctrinam ex parte improbat. Hoc mense porrus serendus, (sic in omnibus legitur) quem si sectilem velis, post duos menses, quam satus est, poteris desecare manentem in areis suis: quamvis afferat Columella etiam sectiōnum diutius duraturum, melioremque si transferatur, & quoties secabitur, aqua juvetur, & stercore, Sic capitatum facere velis, quod vere severis

severis Octobri mense transferre debebis, serendus est loco
leto, & maxime campestri, area plana, pastinata atque, &
diu subacta, & stercorata. Si sectivum facere vels, spissius,
si capitatum, rarius seres. Sarculo frequentandus est, &
herbis liberandus. Cum digitis crassitudinem habuerit, a
media parte præcisis foliis, & truncatis radicibus trans-
feratur, oblitus simo liquido, quaternis vel quinis digitis
separetur. Cum radices ager, modice comprehendendus, &
allevandus est sarculo, ut suspensus a terra quod spatii va-
cuum subter invenerat, cavitatis vastitate cogatur implere.
Item pluras semina in unum ligata si deposueris, grandis
porrus nascetur ex omnibus. Item si capiti ejus rapæ semen
immittas sine ferro. Et pangas, multum fertur increscere,
melius si frequenter hoc facias. Videt lector, porrum,
quod ad culinaria juscule laepius detonderi solet, secti-
vum aut sectile vocari, quod capitatum fieri debet, non
tondeandum, & autumnali tempore transferendum. Idem
ferè Plinius lib. 20. cap. 6. sed locus admodum depra-
vatus. Sic restituit eum Doctiss. Salmasius; Seritur senti-
ne ab equinoctio auctumno: si sectivum facere libuit, den-
sius. In eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque
semper, nutritur in capita, antequam secetur, cum in-
crevit, in aliam aream transferetur, summis foliis leviter
recisis, ante medullam, & capitibus retractis, tunicisque ex-
tremis. Quum sectivum inquit facere volueris, in eadem
area, qua satus primo fuerit, secundus est, donec deficiat.
At si nutritur in capita, id est, si capitatum facere voles, ubi
increverit, antequam secetur, in aliam aream transferri
debet, summis foliis leviter recisis. De capitato verba il-
la intelligenda esse, palam est ex iis quæ sequuntur. An-
tiqui silice vel tegula (idem testa, quod perinde) subiecta
capita dilatabant. Hoc item in bulbis. Nunc sarculo le-
viter convelluntur radices, ut delambate alant, neque di-
strahant. Insigne quod cum fino, lateoque solo gaudeat, ri-
gua odit, & tamen proprietate quadam soli constant. Ca-
pitatum, Græci πιφλατην, vocant sectivum vel sectile, Sic
enim Iuvenalis, *Quis sectile porrum?* Qui tecum elixi
vervecis labra comedit. Alii tonsile, Martialis lib. x. In
quibus est lactuca sedens, & tonsile porrum. Moretti auctor
sectum vocat. Sectum famem domat area porri. Κάρτος
(vide cap. præcedens) Athenæus lib. 9. κεφαλοτός τοῦ το-
καὶ πέργαν καλλιδεῖ φασί οἱ ἄρισ διφλοιος, καὶ ἐνχλωτέσθη ἵπη
τοῦ καρέου. Porri genus capitatum appellari idem Diphilus
auctor, melioris succi quam tonsile. Utriusque Dioscorides
meminit lib. 2. cap. 179. πέργαν κεφαλοτός φυτών — τὸ
τὸ κάρτον δεμψύπεργον, capitatum porrum inflationes parit,
sectivum acrius est. Κάρτον idem quod τὸ τοντό sectum,
tonsile, τὸ τοντό κατὰ τοντendo deductum, eadem ana-
logia qua τοντρος τὸ τοντό σημειος. Vulgo apud Dioscoridem
legitur ὁ τοντρος δεμψύπεργος. Hanc lectionem illegiti-
mam probavit his argumentis Sarracenus lib. 20. cap. 6.
ex Plinio. quippe apud eundem de sectivo leguntur,
quæ apud Dioscoridem de καρέω. Addo quod ex porri
foliis quam ex semine, exprimi est verisimilius succum.
Etiam Aegineta vires hasce supprimendi Hæmorra-
giæ, non feminis, sed foliorum succo tribuit. Addo quod
Serapio qui sua ex Dioscoride transcriptis, de se-
ctivo porro hac referat. Et porri quidem nabati sunt
acutioris saporis, nabati, id est, sectivi, tonsilis. Commis-
sus hic error videtur per librarii cujusdam ignorantiam,
qui quid καρέω nomine significaret hæsitans, vocisque
vicinitate deceptus, καρέω audacter nimium καρέω loco
repositus, & simul articuli genus mutavit. Ignoravit quid
καρέω significaret interpres Aeginetæ. Cum enim Paulus
lib. 5. cap. 2. inquit καρέω μυνα οὐτι ἀλφιτοῦ καρέω καὶ περ-
ου κάρπαντος αἰλαν; ille interpretatur, & cœpe cum polenta
& pane, item porra abunde cum sale. Καρέω ex Hesychio
hoc significare supra dixi, sed de sectili porro loquitur
Aegineta. Sectilis porri duo inquit Plinius loc. cit. esse
genera. *Laudatissimus in Ægypto mox Orthicæ* (Ostia re-
stituit Doctiss. Pintianus, ex optimo Salmanticensi codi-
ce. correctionem hanc approbat excellentiss. Salmasius.) *atque Aricie.* Sectivi duo genera: *Herbaceum folio in-
cisoris* ejus evidenteribus, quo utuntur medicamentarii:
Alterum genus *Suavioris foliis* (in libris inquit Salmasius
partim est suavidoris, partim favidioris, legebat vir do-
ctus flavidioribus quod ineptum. Scripti pallidioris p. in f.
sepe mutatur, deinde ex duobus labdis abbreviatis fa-
ctū V. Ego lego validioris, quia præcessit statim her-
baceum folium. Duo porri sectilis genera facit, quorum
alterum herbaceum folium, id est, mollius, alterum vali-
dior, non æque flaccidum ac molle. Potest etiam exponi
herbaceum viriditatis meræ, pallidius, dilutionis viridi-
tatis. non puto tamen ullum pallido folio porrum fuisse)

rotundiorisque, incisuris levioribus. Recentiores secti-
vum aliud agnoscunt latifolium, aliud juncifolium. Dif-
fert hoc à veterum sectivo, cum illi folia lata, huic pro
foliis junci inanes sint; hinc nominé ex junco & porro
composito σχοεπρασον schoenoprasum vocarunt. Qui-
dam gethyllida, cuius Nicandri meminit scholia stes, sta-
tuunt. Verba cap. de cępa; lector reperiet ego in tanta
brevitate certi quid affirmare nequeo. Porrū sectivum
juncifolium majus & minus habetur, illud rarius &
ad condimenta mitius. Notandum, quod Plinius loco
citat refert, Præsertim cum sectivo nuper auctoritatem
dederit princeps Nero, vocū gratia ex olea statis mensium
omnium diebus, nibilque aliud ac ne pane quidem vescendo
Idem lib. 2. cap. 6. sectivum voci splendorem adferat. Quo
modo id præstet ex Aristotele petendum. Hic s. sect.
problem. 39. dñi n p̄ segoz συμφιένται περὶ ἑνθωνίαν, ἵπι τῆς
τοῦ περιόδου, οὐ τὸ μὲν συγεόδη ιφθάλιον, λαύριον, τὸ δὲ περιόδη, γλωσσή,
τοῦ ξεινοῦ πρότονος δὲ τὸ φάρευρον. Cur porrum proficit ad
vocem sonoram nam ἐπειδὴ commodum ca in re novi-
m, an quod allium quoque elixum delinit, Ἐ quidem
porrum lentianam quandam obtinet, quæ fauces detergere
possit? Porrum ad vocem sonoram prodebet fortassis ve-
rum: illud superat fidem, quod de eodem Plinius loc. ci-
tat. Fama est Melam equestri ordinis reum, ex procuratio-
ne à Tiberio principe acerbitum, in summa desperatione,
succo porri ad trium debariorum argenteorum pondus ha-
usto, confessim expirasse, sine cruciatu, Amplorem modum
negant noxiū esse. Sylvestre porrum ampeloprasum
ἀμπελόπρασον vocatur; sic dictum δῶν τὸ ἀμπέλον καὶ περι-
σσον. Plin. lib. 24. cap. 15. ampelopraso in vinetiis nascitur,
foliis porri, ructu gratis. Ampeloprasum aliud Mathiolus,
aliud Lobelius exhibet, folio est allii sylvestris tenui foliis
non dissimili, sed majore & acriore, in caule bicubitali,
radice bulbosa, non ex nucleus, sed singulari capite con-
stante, porri minore, duriore, acriore, nonnullis adnatissi-
mæ propagante: flore & nucleus seminis vice, triticeis
granis paribus, inglomeratis capitulis, non disparibus
allii sylvestris tenuifolii. Vinetiis, arvis, marginibus, sen-
tictis, & dumetis Galliae & Belgiae gaudet. Ex Athe-
naeo gethya similia esse ampeloprasis supra dictum est.
De ampelopraso hæc Galenus lib. 2. de aliment facult.
cap. ult. μὲν αἱ μελιόρες διαφέρει τὸ περιόδον τούτον ὅσον
καὶ τοῦ ἀντίκτυπος αὐτοῦ τοῦ σπερμάτος τὸ περιόδον τοῦ σπερμάτος.
Odoris feeditate caret allium, si feratur & extrahatur
luna sub terra existente. Quidam tradunt ipsum gravem
halitum non esse facturum, si quis ab ipsorum esu cru-
dam fabam supermandat. Geponican auctor lib. 12.
cap. 30. ἀντομα δι τοῦ ιανοῦ σπιρτου καὶ βασιλικοῦ, τὸν γὰν
συντη τῆς στελέως. τὸν δὲ Φασιν ἀντομα γένεσιν αὐτοῦ, τὸν μὲν τὴν
βασιλικὴν καὶ τὸν ἀπογεγραπτὸν. Plin. lib. 19. cap. 6. Ce-
terum ut odore careant omnia hæc (allii genera) jubentur
seri cum luna sub terra sit, colligi cum in coitu. Sine his,
Menander è Græcis auctor est, allium edentibus, si radicem
betae in pruna tostam superederint, odorem extingui. Alii
σπερμάτος nomen accepisse referunt, quod pandiculati-
ones, quas Græci σπερδινάμεναι & σπερδινούσι appellant,
moveat Aristophanis scholia stes vocem σπερδινάθαι, quæ
pandiculari significat, deductam inquit δῶν τὸ σπερδινόν.
Fallit scholia stes & Suidas, quod scribant σπερδινάμεναι,
αὐτὸν τὸν κλαῖμα; σπερμάτον σπερδινόν. οἱ δὲ διάστατοι σπερδινόν εἰσιν
τοῦ, δια τὴν σπερμάτην μᾶλλον σπερτα. τὸ δὲ ιπέν καὶ τὸ σπερμάτην
κατεύθυνται ιστιν. Id est σπερδινάμεναι ponitur pro
κλαῖμα, id est pandicular, vel spasmus contrahor. Etenim qui
à copioiore alliorum esu evomunt, propter eorum acrimo-
niā convelluntur. vomere enim, Ἐ quoctunque modo eva-
cuari Græci σπερδινάθαι vocant. Falluntur inquam; non
irritant allia largiore esu vomitum, nec ea ratione ex
ipsorum acrimonia sequitur pandiculatio, sed quod va-
porosa excrementa interdum excitent, & ad musculos
propellant, quæ quidem uti disflentur, natura distentio-
nem, quam σπερδινάμεναι, hoc est, pandiculationem vocant,
moliri consuevit. Allium dicitur à Græco verbo ἄλλεδαι
id est, exilire, quod nimium exiliendo crescat. Supra
capite de l hymo allium à Græcis nonnullis βύμον vocari
dixi. Illud observandum, ubi βύμον allium significat, pri-
mam syllabam brevem, & accentum in eadem; contra
ubi Thymum, accentum in ultima, primam longam esse.
Non

quid in mucronem definit, non statim est spica. Aristea pars est spicæ, quæ in mucronem non definit, non tamen spica est, alioqui nucleos alliorum, & ulpicorum etiam aristas & spicula, & mucrones & cuspides, & hastas vocare possemus: quia in acumen definunt. Ergo *νόρτη* & spica idem est, *πάξ* & spica: nucleus & spica; quæ tamen omnes rotunditatis & pilæ significationem potius habent, quam mucronis. Partes quædam in nucleis allii, in acumen quoddam definit, sed nihil simile gerunt, aut præferunt cum spica, quæ corpus integrum est, ex granis ordine dispositis & aristis constans. Totum itaque allii caput majore jure spica diceretur, quam particula ejus vel nucleus. Propterea Doctiss. Salmasius pro *spica*, *stica* scribendum afferit. Sticas propriè sunt folliculi allii. Columella tamen nucleofic vocavit, idque quod singuli nuclei separationis suis tunicis, ac sticis sive folliculis, vestiti sunt, ideo sticas pro nucleis suo folliculo involutis posuit. Columella in Hortulo,

— *Iam teneris frondens laetula fibris
Alliaque infractis sticis, & olentia late
Vlpica.*

De stica ad finem capitum plura. Hæc addidi, quia questioni de nardo indica multum lucis præbent. Alium aliud sativum, aliud sylvestre esse ex Dioscoride diximus, sativum aliud *μερικόφυλον*, aliud *πολυκέρατον*. Alias dar differentias Theophrastus: discrimen inquit, quod aliud *præcox*, aliud serotinum, etiam magnitudine & parvitate differre ait, ac genus quoddam reperiri, quod magnitudine excrescat. Hoc Cyprium vocat, hujus meminit Columella lib. II. cap. 3. *Vlpicum quod quidam allium punicum vocant, Græci αφροδίζων appellant, longe majoris est incrementi, quam allium; idque circa Kalendas Octobris, antequam deponatur, ex uno capite in plura dividetur Plinius loc. cit. Generum differentia in tempore: præcox maturescit sexaginta diebus tum in magnitudine, Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellavere, allium Cyprium, aliis apbroscorodon, præcipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio, tritum in oleo & aceto, mirum quantum increscat spuma. Videt lector Plinium Gazæ, viro nationi Græco, errandi occasione præbuisse, sic & alteri magni nominis viro qui αφροδίζων dictum scribit, quod eo trito mirum in modum increscat spuma. Plinius verba examinanda. Ex Columelle loco citato scribo. *Vlpich quog; in hoc genere Græci appellavere allium cyprium, aliis apbroscorodon &c.* Inter pulmentaria juris inquit *μυρτωτος, μυρτωτὸς* Polluti, *μυρτος* εὐ ονεγδων οφιος, *intinctum ex allii acre*. Galenus in glossis, *μυρτωτὸς* τὸ τεμαχον διστριχεῖδης ιται φυτον ονεγδωτὸς ο κρουμινος. Ex hoc Galeni loco depravatum Dioscoridis codicem esse quietliber videt, ac facile restituere veram lectionem potest. *τὸ ίες ἀντον ρη τῆς μυλινης ιδιας γραμμον τεμαχον καλουμινος δι μέτος.* Lege *μυρτωτος* ex oliva nigra & allio parat in tritum: Plinius ex oleo & aceto. Alii parant ex allio, ovo & caseo. Lugdunenses, ut auctor est Dalecampus, ex allio & nuce juglante recenti, aut alioqui in aqua, tam diu macerata ut recenti similis appareat. Excitat hoc appetentiam & contra venenum fungorum pro antidoto est. Nomen accepit παρ τὸ μυρτετιδεα τὸ δυσωδια οι την μυρτωτον, quod est abominari malum odorem, ut sit μυρτωτον quasi odio dignum. Sic in Equit. Aristophanis Scholia, *αντ το μυρτωτον π, παρ τὸ μυρτετιδεα αντον τη ορμην*, ab abominando & detestando ejus odore, ex quibus contemptum fuisse esculentum constat. Mirum inquit quantum increscat spuma, quod est præter mentem Theophrasti, qui nullam spumæ mentionem fecit, sed concepto spiritu intumescere cum tunditur. Unde ergo αφροδίζων dictum illud allii genus? Respondeo quod vel ex eo intritum insipidum, & ineptum pararetur. Helychius *αφροδίς, αφρων αφρος* vel ab Aphororum gente, quod in Africa nasceretur. Quod non diffitetur Plinius, cum Africæ præcipue celebratum inquit. Allium cyprium; vel vlpicum est allium sativum Dodonæi tertium. Aliud genus inquit Theophrastus quod nucleis non coagmetatur. Hoc genus Dioscorides *Ægyptium* vocat, & ab Hippocrate *μάλιχα* appellatur. Galenus in exegesi, *μάλιχα το ιχθεδον από την την ιφαλη έχον ρη μη διαλυομενην ιται αγγειας*. *allium simplex habent caput, neque in nucleos divisum*. Addit πιτη δι το μάλιν. Quidam autem moly. An ergo moly idem nomen obtinuit; an allium *μάλιχα* moly etiam dictum? an vero scribendum πιτη *μάλικα*. Erotianus, *μάλιξ σκορεδεις ιφαλη βαλοειδης, ρη μη διαλενμενην ιται αγγειας*. Allii caput glebam referens,*

